UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Liber XXXVII. De priuatis delictis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97739

Visual Library

*ſummari.* In Codice Theodoſiano, *l.vni.ad leg.plagiam, lib.9. C.*
*Theod.tit.18.* Conſtantini lex iubet, ludo gladiatorio ſeruos pla-
giarios obiici, & liberos ſub hac forma, vt antequam aliquid fa-
ciant, quo ſe poſſint defendere, gladio abſumantur. Concur-
runt & cum plagio interdum alia crimina, quæ pœnam exaſpe-
rant, vt ſi alicuius filius raptus ſit, concluſus & verberatus, de vi
publica quæſtio ſit, *l.ad eum, ad leg.Iul.de vi publ.lib.48.P.tit.6.*
6 ¶ Proponit † interdictum prætor, *l.3.per tot.& l.1.de lib hom.ex-*
*hib.P.* quod viam ad actionem legis Fabiæ de plagiariis præpa-
rat. De libero homine ſuæ poteſtatis, dolo malo ſcienter, inuite
retento, exhibendo, tuendæ libertatis cauſſa. Sicuti & de liberis
exhibendis, ſi detineantur inuito patre, *to.tit.de li.homi.exhi.li.8.*
*C.titul.8.l.1.eo.tit.P.li.43.tit.29.* quod præparatorium eſt ad aliud
interdictum, de liberis deducendis, *l.3.eod.in P.* Competit au-
tem, vt monui, & cum his interdictis accuſatio legis Fabiæ, *dict.*
*l.3.* Sicuti & ciuiliter qui de ſolicitata ancilla plagioque facto
conqueritur, cum hoc & in rem actione ciuiliter experiri poteſt,
*l.3.ad leg.Fab.de plagiar.Cod.* Et criminaliter via ordinaria, ſub-
ſcriptione & accuſatione inſtituta, *l.vt legis,3. Cod.eod.* Poteſt &
ſerui corrupti actio proponi, *l.2.Cod.eod* aduerſus eum, qui ſoli-
citatum ſeruum deteriorem fecerit, vel occultauerit, *l.4.de furt.*
*Cod.* In qua actione venit æſtimatio in duplum, & rerum etiam a
ſeruo ablatarum, *l.ſi quis, in fine, & l.in hoc iudicio, de ſer.corrup.in*
*P.* Competit & actio cum plagio, furti, *dict.l.4.& l.ſi abducta, de*
*furt.libr.6.Cod.titul.1.* furtum namque fit ſcienter vendendo ſer-
uum alienum, *l.1.& l.ſciens,7.de vſuca.pro emt.libr.7. Cod.titul.26.*
7 ¶ Lex † Græcorum, *Conſt.Harmenop.libr.6.iur.epito.titul.8. Serui*
*aut liberi homines, qui liberos aut ſeruos alienos diſtrahunt aut alie-*
*nant, cæſi & raſi, manu truncantor.* Et rurſum *eod. Si quis ſciens libe-*
*rum hominem eſſe, emerit, vendiderit, donarit, in dotem dederit, vel*
*pro re permutauerit, vna qualibet harum cauſſa probata, manus ei*
8 *abſcinditor.* ¶ Athenienſes † pronuntiarunt, Nemonem molito-
rem occidendum eſſe, quod Pellenæum puerum ingenuum,
ſciens dolo malo, in piſtrino & vinculis habuiſſet, *Dinar. contra*
*Demoſth.* nam & leges eorum morte mulctant eos, qui in ſerui-
tutem homines redigebant, vt ſcribit Xenophon *libr. 2. de dict.*
9 *& fa. Socr.* ¶ Lex † diuina ſic quoque ſe habet, *Exod.cap.21. Qui*
*furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus morte moria-*
*tur.* Quod transſcriptum in Decretalibus Gregorii, *c.1.de furt.*
Quamuis Panormitanus tradat *in dict. cap.1. de furt.* in foro ec-
cleſiaſtico, mortem illam naturalem non infligi, ſed acriorem
pœnam ſine morte: quia eccleſia non nouit ſanguinis pœnam, *c.*
*in archiepiſcopatu, de rapto.cum ſimilib.ibi nota.* Verum quin poſ-
ſit in tam graui ſcelere epiſcopus remittere negotium curiæ ſe-
culari, nihil mihi prohibere videtur. In legibus Salicis *titul.11.* §.
1. ſic quoque ſtatutum: *Qui ſeruum ancillamve alterius furatus*
*fuerit, vt & caballum, culpabilis 1400.denariorum, qui faciunt 35.ſo-*
*lidos, iudicetur: de ancilla triginta, excepto capitali & delatura.* Rur-
ſum §.*5. eiuſ.tit. Si ſeruum puledrum ſeruamve de miniſterio domi-*
*norum furatus,* 1800.*denar.ſeu 45.ſolid.culpabilis iudicetur.* Et ite-
rum *in legib.Salic.titul.44.de plagiatorib.§.quarto: Qui hominem*
*ingenuum plagiauerit & vendiderit, & poſtea in patriam reuerſus*
*fuerit, Malberg frioſaliouo, ſeu ande fecto* 8000.*denar. qui faci-*
*unt ſolid.200.culpabilis iudicetur.* Et rurſum alia §.*1.præd.tit. Si quis*
*mancipia aliena ſolicitauerit, conuictus Malberg Theulaſina* 600.
10 *denar. qui faciunt ſolidos 15. culpabilis iudicetur.* ¶ Excuſat † cauſſa
ſupprimendi hominem, interdum a crimine legis Flauię de pla-
giariis, veluti ſi quis ſcortum libidinis cauſſa ſuppreſſerit, cela-
uerit, vel rapuerit: nam turpius facit ſcortum, quam qui ſurripit
& facti ignominiam ſecum compenſat, *Vlpian.l.verum eſt, 40.*
*de furt.lib.47.P.tit.2.*

¶ Excuſatur † etiam in iure, qui detinuerit per viginti horas, 11
& domo concluſerit adulterum cum vxore compertum, non
autem ſi vltra retinuerit, *Vlpian.in l.capite quinto,25.ad leg.Iul.de*
*adult.P.* Atque in legibus Wiſigothorum, hæc, *l.22.de furib.lib.*
*7.Cod.Wiſigot.tit.2. Si quis furem aut quemcunque reum compre-*
*henderit, ſtatim perducat ad iudicem: Ceterum ſuæ domui amplius,*
*quam vna die & nocte retinere non audeat. Si quis contra hoc fecerit,*
*quinque ſolidos iudici pro ſola hac præſumtione cogatur exſoluere,*
*&c.* Interdicunt enim leges omnibus priuatis, qui iuriſdictio-
nem non habent, carceres, *l.vnic.de priuat.carcer.Cod.* ¶ Ex † iu- 12
re Iuſtinianeo, qui ſeruum alienum abduxiſſet morte plecteba-
tur, *l.7.ad leg.Flaui.de plag.Cod.* Hoc tamen emendauit conſue-
tudo, quam lege firmauit Leo Cæſar: ſtatuitque, ne poſthac ob
id mors infligeretur, ſed vt qui alienum ſeruum abduxiſſe de-
prehenſus eſſet, eundem eiuſdemque pretium, & ita duplum
domino reſtitueret: tum etiam quicquid ex induſtria eius ipſi
acceſſiſſet, & quantum dominus non amiſſo ſeruo eius nomine
percipere potuerit, *in conſtitut.Leonis, conſtitut.61.titul.* περὶ ἀνδρα-
ποδισμῦ, *de plagio.*

¶ In † iure Wiſigothorum, ſeruus qui alienum ſeruum do- 13
mino neſciente plagiaſſet, centum quinquaginta flagella coram
iudice extentus accipiebat, *dict.cap. Wiſigothor.l.4.de vſurpato.*
*& plagiar.mancipio.titul.3.* At de ingenuis alia ſeuerior lex hæc, *l.*
*3 eod.tit. Qui filium aut filiam alicuius ingenui aut ingenuæ plagia-*
*uerit aut ſolicitauerit, & in populos noſtros, vel in alias regiones tranſ-*
*ferri fecerit: huius ſceleris auctor patri aut matri, fratribuſve ſi fue-*
*rint, aut proximis parentibus in poteſtate tradatur, vt illi occidendi*
*aut vendendi habeant poteſtatem, &c.* Iiſdem legibus, *l.3.de inua-*
*ſio.lib.8.Cod.Wiſigot.tit.1. Quicunque dominum vel dominam, in-*
*tra domum vel cortis ſuæ ianuam concluſerit, eiſque aditum egreſſio-*
*nis negauerit, ſiue vt id fieret aliis præceperit, pro auſi temeritate au-*
*ctor ſceleris det domino auri ſolidos numero triginta, & inſuper cen-*
*tum flagella ſuſcipiat.* Inter plagiarios annumerantur, qui alio-
rum ſcripta ſibi arrogant vt ſua. Statuit enim aliquando Ptolo-
mæus, vt furti in hos ageretur, qui in literarum certamine, alie-
na tanquam ſua protuliſſent, damnatique ſunt ſumma cum in-
famia, detegente furtum illorum Ariſtophane, vt ſcribit Vitru-
uius Pollio *lib.7. Architec.* Pollianus dicit *libr.2.epig.in Poetas,*
poetas, ἀλλοτρίων λωποδύτας ἐπέων, expilatores ſeu fures aliorum
verſuum. Plagiarios Martialis, his verſibus, ad Quintianum, *lib.*
*1.epig.epig.20.*

*Commendo tibi, Quintiane, noſtros,*
*Noſtros dicere ſi tamen libellos*
*Poſſum, quos recitat tuus poeta.*
*Si de ſeruitio graui queruntur,*
*Aſſertor venias, ſatiſque præſtes.*
*Et cum ſe dominum vocabit ille,*
*Dicas eſſe meos, manuque miſſos.*
*Hoc ſi terque quaterque clamitaueris,*
*Impones plagiario pudorem.*

Diagoras Teleclidis filius, impius dictus, quod plagii accuſatus
a poeta quodam, de ſurrepto pæane a ſe conſcripto eiuraſſet fur-
to ſe non teneri, atque ille paulo poſt prolato in lucem pæane
ſecunda fama hominum vteretur: quamobrem & mœſtus Dia-
goras, orationes ſcripſit ἀποπυργίζοντας, quaſi de turribus præcipi-
tantes dicas, quæ defectionis cauſſam a communi de diis per-
ſuaſione continebant, vt ſcribit Heſychius Mileſius Illuſtrius,
περὶ σοφῶν. Numenius Pythagoricus Philoſophus, Apamia ori-
undus, Platonis ingenium nota perſtringit, quod veluti plagio
ſurripuerit ex Moſaicis libris quæ de mundo & Deo prodidit:
vnde & alibi vocat Platonem Moſem Atticiſantem, *idem eod.*

# DE PRIVATIS DELICTIS,

## *LIBER XXXVII.*

### De Furto. Cap.I.

Lib.47.P.tit.2. Lib.6.C.tit.2. Lib.5.Decret.tit.18.

1 *Furtum grauius peccatorum habitum crimen, & eius ex naturali etiam lege deteſtatio.*
2 *Fures apud Lacedæmonios aſtuti laudati, & apud Ægyptios: & ratio nu.4.*
3 *Sacrificium Mercurii apud Samos quare permittebat illo tempore furtum.*
5 *Fures qui proſecuti fuerint, & fur num deſinat eſſe pœnitentia.*
6 *Furti finitio, & vnde dictum.*
7 *Furtum maxime affectu & animo, non rei quantitate perficitur, eod.*
8 *Furtum in quibus committitur.*
9 *Furtum non fit ſine contrectatione.*
10 *Furtum non fit rei pro derelicto habitæ, nec rei noſtræ.*
11 *Furtum vt fiat, debet fieri inuito domino.*

12 *Furtum de rebus mobilibus proprie fit, & quando de immobilibus.*
13 *Furti duæ ſpecies, manifeſtum & non manifeſtum, & quid vtrumque.*
14 *Vi bonorum raptorum ſpecies, inter furta, & cum furto proprie differentia.*
15 *Furti alia diuiſio ex forma furandi, ex actione concepti, oblati, non exhibiti, prohibiti.*
16 *Furtum conceptum quid.*
17 *Furtum oblatum quid, & eius actio & pœna.*
18 *Lance & licio quomodo quærebatur furtum.*
19 *Domum alicuius quando licebat ingredi, furti quærendi cauſſa, & quomodo liceat. Et 20.*
21 *Furti obligatio vnde naſcitur.*
22 *Actiones ciuiles pro furto quæ dantur.*
23 *Furti manifeſti & non manifeſti pœnalis tripli vel quadrupli condemnatio quæ.*
24 *Furis iure diuino condemnatio, & lex Platonis de eo, & aliorum, 25. 30.*
26 *Fur ſemper in mora, & tenetur de interitu.*
27 *Vſucapi non poteſt furtiua res quomodo.*
28 *Intereſſe petitur in actione furti.*
29 *Seruitus in pœnam furti. Et de pœnali actione pro furto. 33.*
31 *Eccleſiaſticæ perſonæ ob furtum mulctam non capiunt.*
32 *Furti actio pœnalis non tranſit in heredem, aliæ actiones tranſeũt.*
34 *Furti nomine quis vltra furem teneatur, & cum fure.*
35 *Furti emendandi leges Salicæ.*
36 *Carceratus ob furtum ante ſatisfactionem ciuilem, non debet liberari.*
*Tranſigi de furto poteſt, eod.*

1 SCriptum † eſt in præceptis diuinæ legis, *Non furtum facies, ad
Epheſ. 4. Exo. 20. Leuit. 18. ca. pœnale, 14. q. 5. ca. meretrices, 32.
q. 4.* Furtum maius & grauiſſimum peccatorum, demto adulterio, exiſtimauit diuus Chryſoſtomus *in Pſal.* 49. vt Scythæ quoque, nullum ſcelus furto grauius ducunt, *Iuſtinus ex Trogo, lib. 2.* Iuſtinianus contra rationem naturalem, *§. furtum, de obliga. quæ ex del. naſc.* Paulus Iuriſconſ. quoque, lege naturali furtum admittere prohibitum dicit, *l. 1. §. fin. de fur. in P.* Vlpianus furtum & adulterium natura turpia tradit, *l. probrum. 42. de verb. ſign. in P.* Plinius refert *lib. 11. c. 16.* natura apes etiam fures, & mulierum menſes odiſſe. Et ideo ferunt, rutam furtiuam tantum prouenire fertilius, & apes furtiuas peſſime, *idem lib. 19. c. 7.* Argiui merito male ob furta audierunt, vnde de manifeſte improbis dictum ἀρχαῖοι φῶρες, *Suidas, in illis verb. Argiui fures.* Hinc merito
2 Iſocrates *orat. 11. in Panathenaico.* ¶ Lacedæmonios † etiam barbaris eſſe inferiores, ait: quod barbari flagitium admittentes & furantes, domeſticis ſuis & famulis, filios nequiores æſtimant. At Lacedæmones in huiuſmodi operibus primas partes tenentes, filios ſuos optimos eſſe credunt, ampliſſimoq; honore proſequuntur. Siquidem id laudi ducebant Lacedæmones, aſtute & plura furari, vt notat Gellius *lib. 11. c. fin.* & Heraclides *de polit. in polit. Lacedæm.* Ægyptiis quoque probatum furtum putat Cælius Rhodiginus *lib. 3. c. 13. vide eundem de aliis, lib. 6. c. 5. & 6. & libr.*
3 *10. ca. 1.* ante Gellius *lib. 11. Noct. ca. 18.* ¶ Placent † vitia vt plerumque iis, qui his infecti ſunt, & qui excuſſo naturali & diuino timore inde lucrum & prouentum amant. Sicuti Sami Mercurio Charidotæ rem diuinam facientes, volenti, & furari & latrocinari permittebant: quia oraculo relicta inſula, cum Mycalem migraſſent, prȩda ac rapinis decem annis vixerunt, vt narrat Plutarchus *in problema. circa finem.*
4 ¶ Ceterum: † *Lex de furibus apud Ægyptios iubebat eos, qui furari volebant nomen ſuum apud principem ſacerdotum ſcribere, atque e veſtigio furtum apud eum deferre. Similiter quibus res furto erepta erat, apud eundem rei ſublatæ tempus, diem & horam ſcribere tenebantur. Hoc modo facile inuento furto, qui rem amiſiſſet, quarta mulctabatur parte, quæ daretur furi. Satiuſque lator legis eſſe duxit, cum impoſſibile eſſet furta prohiberi, potius alicuius portionis, quam totius rei amiſſæ homines iacturam pati, refert hæc ad verbum Dio. Sic. libro 2. Bibliot. c. 3.*
5 ¶ Non † hoc imitatus Minos, qui fures omnes inſecutus maxime per mare, vt ſcribit Thucydides *in 1.* Non Tobias, qui nec in victu neceſſario furti particeps eſſe volebat. *Videte*, inquit, *ne hœdus furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis: quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere, Tob. 3. Nam qui cum fure partitur, occidit animam ſuam, Prouerb. 29.* Vlpianus, *l. qui ea mente, 67. de fur. in P. l. quis eſt fugitiuus, 17. de ædilit. edict. P.* vſque adeo graue ſcelus ducit, vt is qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, fur ſemper remaneat, tametſi mutato conſilio, id domino poſtea reddiderit: neminemque tali peccato, pœnitentia ſua nocentem eſſe deſinere. Vt ad expiandum peccatum pœna opus ſit, ſine qua fures vſque adeo excreſcent numero, vt nemo ſit, qui ſibi quippiam aſſerere audeat: dat enim impunitas delinquendi animum, & quemadmodum feſtiuitate comica dictum eſt, ἄγουσιν ἑορτὴν οἱ κλέπται, id eſt, *Feſtum agunt fu-*
*res, Suid. in ver. ἄγουσιν.* ¶ Furtum, † eſt contrectatio fraudulosa lu- 6
crifaciendi cauſſa, vel ipſius rei alienæ, vel etiam vſus eius, poſſeſſioniſve, *Iuſtin. in § furtum eſt, de obliga. quæ ex del. naſc. Paul. l. 1. §. furtum eſt, de furt. Gell. lib. 11. ca.* 18. Duo in furto requiruntur potiſſimum, animus intercipiendi vel contrectandi res alienas, & factum ipſum contrectationis, vt notat Vlpian. *l. ſi quis teſtamentum, 42. §. fin. ad legem Aquil. P.* Animus autem fraudandi maxime hic inſpicitur, ſiue res modica intercepta fuerit, ſiue maioris valoris: vt fornicatio eſt æque in paupere, ac in diuite muliere, *c. ſi. 14. q. 6. c. vulgaris, de furt. ca. vulgaris, de pœnit. diſt. 1. §. ſi quis quinque ſolidos, de pac. ten. en. in feud. § gallinarum, de rer. diuiſ. & ibi gloſ. & glo. fin. in procem. Decretal.* Sic Plato *12. de legib. Qui rem paruam ſuſtulit, etſi minori vi, quam qui rem magnam, æqua tamen cupiditate furatus eſt. Nec lex furti paruitate, alterum minus quam alterum puniendum cenſet, ſed eo forſitan intereſſe putat, quod alter ſit inſanabilis, ſanabilis alter.* Frauſque ſeu dolus non in quantitate, ſed in qualitate verſatur, *l. dolus, 10. de reſcinden. vend. lib. 4. C. tit. 44.* Non fit furtum ſine affectu furandi. Nam qui putat re ſua vti, vel ſi vtitur re aliena & ea opinione ſit, vt putet non ſe inuito domino vti, furtum non facit, *§. placuit, de obligat. quæ ex del. naſc. l. inter omnes 47. §. fin. de furt. in P. l. qui re ſibi commodata, 78. l. qui ea mente, 67. eod. l. furtum, de vſuca. P. §. quia tamen, vi bono. rapto.* nam maleficia voluntas & propoſitum diſtinguunt, vt ait Paulus. *l. qui iniuriæ, 55. de furt. in P.* in hac furti tractatione. Nec enim tantum factum quæritur, ſed cauſſa faci-
endi, *Vlp. l. verum, 40. de furt. P.* ¶ Affectus † porro hic, fraudu- 7
lentus eſt & ſimulatus. Proinde, quia clam rei alienæ interceptio fit, furtum recte a furuo, id eſt, nigro, obſcuro, dictum dicitur, *in l. 1. eo. §. 1. de oblig. quæ ex del. naſc.* quod & probat Varro *lib. 1. de ra-*
*tio. voca. & Gell. libr. 11. c. 18.* ¶ Trahique † tamen a Græco anti- 8
quo nomine φὼρ melius quidam putant, quo ſignificatur fur, *l. 3. C. depoſ. l. ſi ſacculum, 20. eod. P. l. qui re ſibi commodata, 78. de fur. in P.* & παρὰ τὸ φέρειν, a ferendo φῶρας dictos fures. Qui igitur re aliena depoſita, vel commodata, *§. furtum, & § placuit, d. tit. de obliga. quæ ex del. l. qui iumenta, de furt. P. Gelli. libr. 7. c. 15. Val. Maxi. lib. 8. c. 2.* vltra modum, tempus, vel locum a domino conſtitutum vtitur, furtum facit: quia inuito domino facit, fraudandi cauſſa: ſi quis rem ſibi commodatam alii commodauerit, *l. ſi pignore, 56 §. 1. de furt. P.* ſi pignore vtatur creditor, *d. l. ſi pignore, § furtum autem, de obliga. quæ ex del. naſ.* ſi fullo vel ſarcinator, qui ſarcienda vel polienda veſtimenta accepit, illis vtatur, *l. fullo vel ſarcinator, 84. de furt. P.* ſi ſocius in re communi, parte ſocii malo animo vtatur, *l. ſi ſocius, eod.* tamen ſi res indiuidua, in meliorem partem hoc interpretandum, vt ſua re vti videatur, *l. merito, pro ſocio.* Furtum quoque facit, qui rem pignoratam ante tempus ſolutionis vendit, *l. ſi is qui, 75. de furt. P.* Et poſſeſſionis quoque furtum fieri dicit Scæuola, *l. 1. §. Scæuola ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. ſit.* ¶ Cete-
rum, † ſolus animus furandi in iure furtum non conſtituit, niſi 9
res ſuo loco aliena moueatur, *l. 3. §. ſi rem, de acqu. poſ. P. l. 1. l. inficiando, l. ſi quis vxori, §. neque verba, de furt. P. l. procurator, mand. P.* Quanquam & quod pertineat ad Dei legem fur ſit qui furari decreuit, quia ſcrutator cordium Deus, qui & dixit *Non concupiſces, nec deſiderabis rem proximi tui. Exod. 20.* Non dubitauit etiam Sabinus, quin dominus ſit furti condemnandus, qui ſeruo ſuo vti furtum faceret, imperauit, *Gell. lib. 11. ca. fin. l. ſi quis ſeruo, 20. de fur. C. l. 1. ſi famil. fur. fec. dica. P.* videlicet contrectatione ſequuta: ita enim neque verbo neque ſcriptura fit, & hoc iure vtimur, vt ſine contrectatione non fiat, vt ait Vlpianus, *in l. ſi quis vxori, 53.*
*§. neque verbo, de furt. P.* ¶ Alienam † autem rem eſſe oportet 10
contrectatam, nam ſi pro derelicto res habeatur, ſiue is qui contrectat ſciat, ſiue ignoret, ſiue animo, ſiue alio modo res capiat, furtũ non facit: eo quod furtum, non habet qui patiatur, ſcilicet cui fiat. Cõtra, ſi lucrifaciendi cauſſa, quis iacens in terra non habitũ pro derelicto ſuſtulerit, *l. falſus creditor, 44 § qui alienũ quid, eo. l. 1. § Scæuola, ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. P.* Nec furtũ quoq; rei noſtræ facimus, niſi ſi cũ in ea ius aliquod tertio cõpetit, vt illud eludamus,
ſub-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſubtraxerimus: vt ſi debitor pignori datam rem creditori fure-
tur, l. itaque fullo, 12. §. ſed etſi res, & l. cum as pignori, 20. de furt. P.
Reſpicit enim furtum ius alienum interceptum. Non fit quo-
que rei, quæ nullius eſt. furtum, vt ſi hereditatis ſit non aditæ, l.
11 hereditariæ, eod. ¶ Ideo † vtrumque in furto exigetur, & contre-
ctatio, & affectus furandi. Et ita impubes qui non eſt doli capax,
furtum non facit, §. pen. de oblig. quæ ex delict. naſc. ſi capax, facit, ca.
1. & 2. de delict. puero. Sed & requiritur, vt inuito domino rem
contrectare ſe quis ſciat, l. inter omnes, 47. §. recte dictum eſt, de fur.
in P. l. cum ſeruus, in fin. de condict. ob cauſ.
12 ¶ Res † proprie, quæ in furtum cadunt, mobiles ſunt, ſi pro-
bemus fures φῶρας a ferendo dictos, l. 1. de furt. §. furtum, de oblig.
quæ ex del. naſc. quia hæ capi, ferri & moueri poſſunt, non autem
immobiles, l. verum eſt, in 1. de furt. P. Et abolita eſt quorundam
veterum ſententia, etiam fundi locive furtum fieri, §. quod au-
tem, de vſuca. l. quare, eo. tit. in P. Et Gellius tradit lib. 11. cap. 18. Sa-
binum in libro de furtis ſcripſiſſe illud, quod vulgo, inquit, inopina-
tum eſt: non hominum tantum, neque rerum mouentium, quæ aufer-
ri occulte & ſurripi poſſunt, ſed fundi quoque & ædium fieri furtum.
Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat
vendito, poſſeſſione eius dominium interuertiſſet.
13 ¶ Duæ † generales ſpecies furtorum ponuntur, manifeſti &
non manifeſti, l. 2. de fur. P. §. furtorum de obliga. quæ ex del. naſc.
Manifeſtum furtum eſt, l. 3. 4. 5. 6. 7. de furt. P. l. ſi quis quid pe fe-
rendum 35. eod. d. §. furtorum, quando fur deprehenditur in ipſo
furto dum furatur, vel cum re furata, antequam quo deſtinaue-
rat detulerit, etiam ſi viſus poſtea furtum abiecerit: manifeſtum
illud dicitur, quod nulla alia probatione indiget, ca. de manife-
ſta, & ca. manifeſta, 2. quæſt. 1. quod habet rei euidenciam ca. cum
olim, ca. 24. de verb. ſign. ap. Greg. Contra, non manifeſtum eſt,
quod manifeſtum non eſt, l. nec manifeſtum, 8. l. vulgaris, 21. & l. is
qui opem 34. l. ſi quis ex domo, 54. de fur. P. l. falſus procurator, 19. C.
eod. §. nec manifeſtum, de obliga. quæ ex del. naſc. ad quod conuin-
cendum, opus eſt aliqua alia probatione. Raptor quoque mani-
feſtus, fur exiſtimandus eſt, Papini. l. ſi vendidero, 82. §. cum raptor,
de furt. in P.
14 ¶ Species † quoque furti, ſed grauioris pœnæ, vi bonorum
raptorum eſt, §. 1. vi bono. rapt. apud Iuſtin. l. 1. eod. lib. 47. P. tit. 8.
nam & de vi, publico iudicio agi poteſt, l. 2. §. 1. vi bonor. rapto. P.
pro rebus tamen tantum immobilibus, l. 1. C. eod. & vi rapiens,
fure improbior, furtum tamen proprie non faciens, Vlp. l. ſi cum
exceptione, 14. § qui vim, de eo quod met. cau. P. l. vi me. de vi & vi
arma. in P.
15 ¶ Ad † furtorum ſpecies pertinebunt quodammodo actio-
num variæ formulæ, vt actio furti concepti & oblati, non exhi-
biti & prohibiti, §. furtorum, & §. conceptum, & ſeq. de obli. quæ ex
delict. naſc. quas omnes reducit Iuſtinianus ad furtum non ma-
16 nifeſtum. ¶ Furtum † conceptum apud eum dicitur, cum apud
aliquem furtiua res quæſita, inuenta eſt, quamuis fur non ſit: &
ideo proprie in eum, apud quem inuenta eſt, datur actio furti
concepti. Porro conceptum furtum ſic notationem habere pu-
to, vt ſit furtiua res apud aliquem cum teſtibus capta, id eſt, de-
17 prehenſa. ¶ Oblatum † furtum dicebatur, cum res apud alium,
quam furem delata, inuenta eſt, vt apud eum potius quam eum
qui dedit, conciperetur, §. conceptum, & §. oblatum, eod. Eratque
furti oblati & concepti pœna tripli, vt ex Sabini libro de furtis
notat Aul. Gellius lib. 11. c. 18. Eſſe poſſet alia actio furti oblati ad-
uerſus eos, qui res in alterius domum clanculum inferunt, eaſ-
que ſibi furto ablatas dicant, quos Moſcouitæ vocant PodmetZ-
chek, eoſque puniunt vltimo ſupplicio, vt ait Sigiſmundus Liber
Baro, in comment. rer. Moſcouit. In lege autem Salica, ſic ſcri-
ptum, li. leg. Sali. titul. de ſepil. §. 4. Si quis per malum ingenium, in
curtem alterius, vel caſam, vel vbi libet quod furatum eſt miſerit ne-
ſciente domino, cuius poſſeſſio eſt, vbi inuentum eſt furtum, qui hoc
miſerit Marberg. Ferthebeo 2000. dena. qui faciunt ſolidos 62. cum
dimidio, culpabilis iudicetur. Paulus libro ſecundo, receptarum
ſententiarum, tit. 32. Concepti furti actione is tenetur, apud quem
furtum quæſitum & inuentum eſt: & concepti agere poteſt, qui rem
concepit & inuenit. Oblati is agere poteſt, penes quem res concepta &
inuenta eſt. Sic conceptionem furti Theophilus in ſuis inſtituti-
onibus iuris ciuilis explicat in §. conceptum, de obliga. quæ ex delict.
naſc. apud Iuſtin. requiſitionem præſentibus teſtibus, & inuenti-
18 onem. ¶ Hanc † inquiſitionem fieri per lancem & licium, tradit
Gellius lib. 11. cap. 18. & per lancem & licium concepta perinde ac
manifeſta vindicari tradit, quorum actio in quadruplum, in quo
videtur triplum tantum eſſe pœnam, quia poſtea ait, tripli pœ-
nam eſſe concepti. Et Sextus Pompeius Feſtus lib. 10. de ver. ſign.
de hoc ſic ſcribit: Lance & licio dicebatur apud antiquos, quia qui
furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancem-
que ante oculos tenebat, propter matrumfamilias aut virginum præ-
ſentiam. ¶ Hunc † morem a Græcorum legibus mutuatum eſſe 19
intelligemus ex Platone, qui ea de re ſic ſtatuerat, lib. 12. de legib.
Si quis in domo alterius quærere quippiam, tanquam ſuum velit, is
primo iureiurando affirmet, ſperare quod quærit ſibi inuenturum:
deinde nudus aut interula indutus ingrediatur præcinctus, præbea-
turque illi domus & ſupellectilia ſimul ſignata, & non ſignata. Quod
ſi quis ſcrutari volentem non permiſerit, qui prohibitus eſt, pretio rei
amiſſæ accuſet eum, qui eum depulit: & ille ſi damnatus erit duplum
reſtituat. Hæc Plato: Qui nudum ingredi iubet vel interula tan-
tum ſuccinctum, quod licium ſignat, id eſt, vilem pannum line-
um, non curioſe contextum, ob pudenda nudi tegenda. Et miror
certe nugas quorundam, vt videbis apud M. Tatium Alpinum, in
epiſtol. ad Wolphgan. Hungerium, de furto per lancem & licium, qui
furtum per lancem & licium interpretantur, quod quis furatus
eſt ſpecie pietatis, dum fert lancem, vas ſcilicet quo pecunię per
loca ſacra colliguntur: cum tamen hoc furtum per lancem ſit, vt
docui ſine vlla ambage, quod inuentum erat per inquiſitionem,
non quod fiebat in inquiſitione. ¶ Et † hodie placuit, non licere 20
ingredi domum alterius propria auctoritate ad perquirendum
furtum in ea: quia concepti furti actio ſublata, §. conceptum, de
obl. quæ ex delict. naſc. & ibi Ioann. Fab. Ioann. de Plat. Aretin. gl. in l.
1. § hoc autem ſenatuſconſultum, in verb. hoc autem, de ſer fugi. & ibi
Bartol. Bal. & Ang. Si tamen id fiat cum auctoritate iudicis, licet,
neque qui ita ingreditur, ſi ibi quod quærit non inueniat, iniu-
riarum actione tenetur, vt iudicatum refert per plura quæ citat
Boerius deciſ. 174. in fine. Atque ex Pii reſcripto Vlpianus l. 1. §.
hoc autem, & l. diuus, 4. de ſer. fugit. li. 11. P. tit. 4. id licere docet, quo
cautum, vt qui fugitiuum vult requirere in prædiis alienis, poſſit
adire præſidem literas ei daturum, & ſi res ita exegerit apparito-
rem quoque, vt ei permittatur ingredi & perquirere, & pœnam
eandem præſidem in eum conſtituere, qui inquiri non permiſe-
rit: ſed ex Marci oratione ait, facultatem datam ingrediendi, in
Cæſaris, Senatorum & paganorum prædia, volentibus fugitiuos
inquirere, ſcrutarique cubilia atq; veſtigia occultantium. Rur-
ſum idem Vlpianus, Modeſto Conſule, inquit factum eſt, vt fugi-
tiuos inquirere volentibus literæ ad magiſtratus dentur, mulcta etiam
centum ſolidorum in magiſtratus ſtatuta, ſi literis acceptis inquiren-
tes non adiuuent. Sed & in eum, qui quæri apud ſe prohibuit eadem
pœna ſtatuta eſt. Marci quoque & Commodi epiſtola declarat, &
præſides, & magiſtratus, & milites ſtationarios, dominos adiu-
uare debere in fugitiuis inquirendis, vt & inuentos reddant, &
ii, apud quos deliteſcunt, priuantur, ſi crimine contingatur.
¶ Obligatio, † quæ ex furto naſcitur, ex re, id eſt, ex ipſo malefi- 21
cio oritur, §. 1 de oblig. quæ ex delict. naſc. Caius, l. ex maleficiis, 4. de
actio. in P. obligatur namque quis ipſo maleficio, & contrahere
videtur cum domino rei, vel cum eo, cuius intereſt non ſubtra-
hi rem: & pariter cum lege publica, quæ prohibet, l. legis virtus,
de legib in P. & pro admiſſo contra prohibitum, exigit pœnam, l.
1. eod. Proinde hinc duplex, l. fin. de fur. in P. l. & in priuatis, ad Se-
natuſ. Turpill. in P. l. fin. de priu. del. P. ex obligatione illa duplici, o-
ritur actio: ciuilis, qua quis pro re & pœna pecuniaria experitur:
& criminalis, qua pœna criminis extraordinaria animaduerſio-
ne repoſcitur, ſubſcriptione accuſatoris præcedente. ¶ Ex † fur- 22
to ciuiles actiones duæ domino proprie competunt, aliæ quo-
que cum aliis communes: proprie condictio furtiua & furti.
Condictione, rem ſuam furatam dominus repetit: actione au-
tem furti, quæ pœnalis eſt perſecutio, duplum vel quadruplum
pro qualitate furti conſequitur: neque vna alteram impedit, l. ſi
pignore, 56. § cum furti, de furt. in P. l. ſi pro fure, 7. §. furti actio, de
condict. furt. lib. 13. P. titul. 1. Conſequenter præparatoria actio da-
tur, quæ ad exhibendum eſt & rei quoque vindicatio, dict. l. ſi pro
fure. Verum condictio furtiua datur domino contra furem tan-
tum, vel eius heredem, etiam ſi non poſſideat: rei vindicatio au-
tem, contra quemcunque poſſidentem rem furtiuam, § final. de
obligat quæ ex delict. naſcun. Vlpian. l. ſi duo patroni, 13. §. idem Iulia-
nus, de iureiuran. P. Dabitur tamen hęc condictio quoque ei, qui
quaſi dominus eſt, & ius aliquod habet in re, l. 1. iuncta gloſſ. de
condict. furt. in P. l. cum qui emit. de furt. in P. Odio porro furum id
receptum eſt, vt pluribus teneantur actionibus, §. ſic itaque diſ-
cretis, de actio. l. fin. vſufruct. quemad. caue. P. Ideo quia reddita re

ſurrepta adhuc fur dicitur, l. qui ea mente 67. de furt. in P. & pote-
rit actione furti conueniri, vt pœnali, Bartol. in l. hoc edicto, de pu-
bli. P. & ſupra dictum eſt, ſicuti Caius in l. non prodeſt, 5. vi bonor.
rapto. P. ait: Non prodeſſe ei qui vi rapuit ad euitandam pœnam, ſi an-
te iudicium reſtituat rem, quam rapuit. Quod odio ſingulariter
quoque furum inductum eſt, cum in aliis criminibus diuerſum
ſtatuatur, notat hos caſus criminum late gloſſ. fina. in ca. ſicut, de elect.
ap. Greg. Qui rapit enim vi, & furti, vltra actionem vi bonorum
raptorum, tenetur, §. 1. vi bono. rapto. apud Iuſtin. Actio furti datur
iis omnibus, quorum intereſt rem non fuiſſe ſubtractam, l. ma-
nifeſtiſſimi, 22. C. de furt. l. cuius interfuit, 10. l. is cuius intereſt, 11. l. i-
taque fullo, 12. l. eum qui emit, §. ſi res commodata, §. qualis ergo, § ſi e-
piſtola, & l. rem inſpiciendam, de furt. P. Nam ſi non intereſt, non
datur, § furti autem actio, & § item ſi fullo, de ob. quæ ex delict. naſc. l.
fullo ſi actione locati, 92. de furt. P. Denegatur tamen actio furi i-
pſi, ſi res, quam ipſe ſurripuerat, furto ei ſubtracta eſt, d. l. eum qui
emit, §. Iulianus, eod. quamuis verum ſit, ei quoque furtum fieri.
Veluti, ſi filiusfamilias & ſeruus aliquid ſurripiant iis, in quorum
poteſtate ſunt, furtum quidem faciunt: verum non naſcitur a-
ctio, niſi ſi quis alius conſilium furandi dederit, & in eum tan-
tum, §. ſi qui parentum, de ob. quæ ex delict. naſc. Exiſtimauit tamen
Baldus in l. manifeſtiſſimi, C. de furt. triticariam ei accommodari
23 actionem. ¶ Quadrupli † pœna eſt ex furto manifeſto, dupli
non manifeſti, eaque perpetua, §. 1. de perpe. & temp. act. §. conce-
ptum, in fin. & §. pœna manifeſti, de obliga. quæ ex deli. naſc. l. de his
quæ ſubtraxiſſe, 11. C. de furt. l. 2. de crim. expil. hered. in P. § ſic ita-
que diſcretis, verſ. plane, & §. ex maleficiis, de actio. §. omnes autem a-
ctiones vel in ſimplum, & § quadrupli, eo. Et quadruplum refertur
ad æſtimationem rei, non quantum intereſt. l. in furti actione, 51.
de furt. P. In vi bonorum raptorum tamen, quæ furti actionem
quoque habere poteſt, intra annum eſt quadrupli, poſt annum
ſimpli: in quadruplo tamen eſt rei perſecutio, & tripli pœna, § 1.
vi bono. rapt. l. 1. eo. tit. P. l. 3. C. eo. Cum tamen in furto quadrupli ſit
ex integro pœna, vltra rei perſecutionem, § fin. de obli. quæ ex del.
naſc. Sic Piſo defendens Antonium contra Ciceronem, apud
Appianum Alexandrinum lib. 3. bello ciuil. legem furti dupli æſti-
mationem docet. Pecunias Antonium publicas poſt Cæſaris necem
ſibi vindicaſſe dicit, lege furem eum non hoſtem decernente, & pœ-
nam illi damni ſtatuente. Et ſtatim paulo poſt: Si quis Antonium
24 de his accuſare pergit, in duplo eaſdem vobis perſoluemus. ¶ Inter †
Hebræos quadruplum fur reddere quoque cogebatur, non ha-
bens, venundabatur: non tamen extraneo vel alienigenæ nec in
perpetuam ſeruitutem, ſed Iudæo, vt poſt ſeptennium abſolue-
retur a ſeruitute. Quam legem antiquauit Herodes, iuſſitque ab-
25 ſolute furem vendi, Ioſeph. lib. 16. Antiq. Iudaic. cap. 1. ¶ Diuino †
iure qui furatus erit ouem vel bouem, & occiderit vel vendide-
rit, quinque boues pro vno, quatuor oues pro vna reddere iube-
tur: ſi iumentum furatus quis ſit, duplum reſarciendum, Exod.
22. 2. Reg. 12. verſic. 6. Platonis quoque lex, Plato 9. de legib. vt da-
mnatus furti, ſi vltra ſortem bona ſufficiunt, vel duplum red-
dat, aut vinciatur, donec aut perſuaſerit illi cui debet, aut reddi-
derit. Septuplum alibi lex diuina, Prouerb. 6 pro furto manifeſto
iubet reddere furem, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ trade-
26 re, & ſe liberare. ¶ Tenetur † & fur de interitu rei etſi non inter-
uenerit interpellatio reſtituendi quanti plurimi: quia ſemper in
mora cenſetur & ideo ad omnes quoque acceſſiones tenetur, vt
malæ fidei poſſeſſor, l. in re furtiua 8. & leg. final. de condictio. furt.
27 in P. l. fin. de condictio. ob turp. cauſ. Cod. ¶ Sed † alia ſanctio in odi-
um furum, & vtilitatem dominorum, vt res furtiuæ vſucapi non
poſſint ab aliquo, priuſquam in domini poteſtatem reuertan-
tur, vel lis æſtimata fuerit, vel dominus vendiderit furi ex lege
Attinia, §. hi qui in parentum, de obl. quæ ex del. naſ. l. ſequitur, 4. §.
quod autem, de vſucap. lib. 41. P. tit. 3. §. furtiuæ eod. tit. ap. Iuſtin. l.
quamuis res, 86. de furt. cuius verba refert Aulus Gellius libr. 13.
Noctium c. 7. hæc, Quod ſurreptum erit, eius rei æterna auctoritas e-
28 ſto. ¶ Poteſt † & agi extra præcedentes actiones a domino, cui res
eſt ſubtracta, quanti ſua intereſt, Pau. l. ſi quid fur. 22. § fin. de furt.
29 P. ¶ Lege † 12. tabularum, ſi ſeruus furtum feciſſet, licebat domi-
no ſeruum pro noxa dare, & ita liberantur, idem l. ſi ſeruus, 43. eod.
quod & prætor ſecutus, in tota familia furtum faciente, l. ſi. ſi fa-
mil. fur. fec. dica. in P. Alio autem capite fur manifeſtus ei, cui fur-
tum factum eſſet, in ſeruum tradebatur, Gell. lib. 20. c. 1. Et hoc eſt
quod dicitur, noxam caput ſequi, agere cum eo, cuius iuri fur
ſubiectus eſt, vt ait Vlpianus in l. ſi cum quis, 42. de furt. in P. habi-
ta ratione temporis, & domini, qui erat cum furtum factum eſt,
l. quod dicitur, 18. & l. ſi ſeruus communis, 63. de fur. ¶ Cymenſium
mos † erat, vt ad ea, quæ fuiſſent furto ablata, omnes vicini con- 30
ferrent, quare contingebat & eos pauciſſima perdere: omnes e-
nim ſimili diligentia res vicinorum, ac ſuas cuſtodiebant, vt ait
Heraclides in politia Cymenſium. Alludit eo Heſiodus in Ergis,
dum ait:

οὐδ᾽ ἂν βοῦς ἀπόλοιτ᾽, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη. id eſt:

*Neque ſane bos interierit, niſi vicinus malus ſit.*

¶ Eccleſia, † vel eccleſiaſticæ perſonæ vix furti pœnalem mul- 31
ctam capiunt: ſaltem mitius agendo capere non debent, ſed ſuf-
ficere debet, ſi ſuum repetant, ca. fraternitas, 12. qu. 2. ca. ſuam, ca.
9. de pœn. ap. Greg. ¶ Furti † actio pœnalis non tranſit contra he- 32
redes, rei vindicatio tamen tranſit, l. 2. §. fin. vi bonor. rapto. l. furti
actione, 15. C. de furt. §. 1. de perpet. & temp. actio. vt & condictio fur-
tiua, §. fin. de obl. quæ ex delict. naſc. ¶ Aduerſus † eos quoque, qui- 33
bus aliqui bona fide ſeruiunt, vt liberi, ſi ii furtum fecerint, non
datur actio, nec noxalis: ſi ii tamen ſerui ſint, & bona fide quis ſu-
os credat, & agere & conueniri poſſe noxali, ex furto placuit Iu-
ſtiniano, l. apud antiquos, 21. C. de furt. Et ſi quis ad furandum ſer-
uum corruperit, datur quoque ſerui corrupti in eum actio, l. ad-
uerſus, 4. eod. ¶ Agnitas † quoque res furtiuas vindicare poterit 34
dominus, ſi ſuas probauerit, nec auditur qui habet, pretium re-
ſtitui ſibi poſtulans, quod emtioni impendiſſe ſe dicit, non de-
monſtrans venditorem, l. 2. & l. ciuile eſt 5. eod. vide deciſ. cap. Tho.
151. Furti & in eum actio, qui quidem non furatur, ſed fugauit o-
ues, vt alius acciperet, tanquam opem ad ſurripiendum ferens, l.
in furti actione, 51. § fin. de fur. P. vt qui numos de manu alicui ex-
cutit, vt alius rapiat, § interdum quoque de obliga. quæ ex delict. naſ.
l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi quis de manu. ad l. Aquil. l. furti. §. pen. & l. ſi
ſeruo, de furt. P. l. ſi quis vxori 53. §. ſi quis, de manu eod. P. Si dolo
malo in ius mulionem vocauit, & interim eius mulæ perierint,
Paul. l. ſi is qui, 68. §. eum qui, de furt. in P. Qui vt idoneum ali-
quem alicui commendauit, & alium participem fraudis pro eo
minus idoneum duxit, d. l. ſi is qui, § ſi tu. l. ſi pignore, 56. Tenetur
& qui ſcienter furti ferramenta ad effringendum oſtium, vel ar-
marium commodauerit, vel ſcalas ad aſcendendum, licet nul-
lum illius conſilium principaliter, §. qui ferramenta, eo tit. ¶ Le-
ges Salicæ † de furto hæ, in legib. Salicis, titu. 12. de furt. ingenuo- 35
rum, §. 1. 2. 3. 4 Ingenuus vltra caſam furatus quod valeat vltra duos
denarios, plectitur mulcta 600. denariorum, qui faciunt quindecim
ſolidos, vltra rei valorem: ſi vltra valorem duorum denariorum, pœ-
na 1400. denar. id eſt, ſolidos 35. vltra capitale & delaturam. Si an-
tem, inquiunt, de intra caſam furatus fuerit, duos denarios cum ef-
fractura, culpabilis iudicatur denar. 1800. id eſt, ſolid. 45. Si vltra va-
lorem inde furatus quinque denariorum, intra clauem, totidem quot
maxime præbeat. Quod ſi ingreſſus domum fugerit nihil autem ex-
tulerit, propter effracturam punitur centum viginti denariorum, qui
faciunt ſolidos 3. ¶ Et alibi de furtis ſeruorum, eod. titu. 13. de furt.
ſeruo. §. 1. & 2. Seruus vltra duos denarios furatus punitur, aut cen-
tum viginti ictibus, aut centum viginti denar. qui faciunt tres ſolidos,
vltra capitale & delaturam. Quod ſi vltra quatuor denariorum va-
lorem furatus ſit, iubetur aut caſtrari, aut ducentos viginti quatuor
denarios, qui faciunt ſolidos 6. vltra capitale & delaturam reddere.
Et alibi eod. lib. tit. 17. de ſuperuen. & ſpoliationi. §. 1. & 20. & 10. Qui
hominem ingenuum ſpoliauerit, bis mille quingentorum denar. qui
faciunt ſolidos 80. cum dimidio culpabilis iudicatur: qui dormien-
tem 4000. denar. qui faciunt 100. ſolidos.

¶ Dignum † autem eſt obſeruatione, vt fur qui pro furto ca- 36
ſtigatus fuſtigatione eſt, non debeat de carcere educi: donec fur-
tum reddatur, & niſi ſit ſatisfactum fiſco & parti. Et ita ex pro-
ceſſu criminali peruenitur ad ciuilem, ex eadem inſtantia officio
iudicis, vt late notat Aufrerius ad deciſio. 22. Capell. Tholoſ. Bald.
in l. quod euitandi, de condict. ob turp. cauſ. C. & in l. ea quidem, de ac-
cuſa. C. Bar. in l. 1. §. hoc edictum, in 1. colu. vi bonor. raptor. in P. & i-
dem in l. 1. quan. ciuil. act. crimi. præiud. Angel. in tract. maleficio, ver.
per indecem maleficiorum, 1. & 2. colu. facit l. interdum, 58. §. qui fu-
rem, de furt. in P. ex ſententia Baldi, Bartoli & Angeli. De furto
tamen paciſci licere placuit ſi factum ſit, l. iuriſgentium, 7. §. ſi pa-
ciſcar, de pact. P. l. ſi tibi decem, 18. §. 1. eod.

## De Pœna extraordinaria furum. Cap. 2.

1 *Furis extraordinariæ pœnæ. 2. & ſeq.*
3 *Latrones famoſi qui dicantur, & qua pœna puniendi.*
4 *Fures in Gallia qui ſuſpendantur.*
5 *Furcifer quis dictus olim.*

6 Fu-

6 *Fures quando occidere licuit.* & 21.
8 *Furti ſimplicis quales pœnæ.* 8.9.& 10.& *ſeq.* 12.13.14.15.& 20.
11 *Furta quæ morte plectuntur in Gallia.* & 13.
16 *Furti primi, ſecundi & tertii quæ pœna.* 13.17.& 21.
18 *Literarum inuſtio maleficis Angliæ facta & Galliæ.*
19 *Furta leuiora hodie fuſtigatione & verberibus puniuntur, & torque infami.* & 22.
23 *Fures eccleſiaſticæ perſonæ & latrones quomodo puniantur.*
24 *Fures in furto necati non ſunt ſepeliendi.*
25 *Furtorum ſpecies alibi tractatæ.*

1 NOlite † errare, inquit Diuus Paulus *1. Corinth. cap. 6. neque fures, neque auari regnum Dei poßidebunt.* Etenim docuimus iam, præceptum diuinum prohibere non furandum: ſic hæc pœna eodem iure: Sed & iure hoc humano, aliæ quoque pœnæ impoſitæ furibus ſunt.
2 ¶ Quare † condemnatus furti, infamis eſt, *l. furti, de iis qui not. infa. P.* iure ciuili: nec poteſt iudex facere, vt qui eo nomine damnatus eſt, infamis non ſit, *l. non poteſt præſes prouinciæ, 65. de furt. l. 1. §. ſed ne vtique, ad ſenatuſc. Turpill.* Poteſt tamen pœnam ex arbitrio criminalem temperare, ſi expreſſe aliqua lege furti ſpecies pœnam non recipiat, idque exemplo extraordinariorum criminum, *l. 1. de effractor. in P.* Qua in re animaduertendum iudicanti eſt, num ſimplex quoque furtum ſit, aut vero crimini alii miſceatur, vt ſolet, *auth. ſed nouo iure, C. de ſer. fugit.* ¶ Siquidem
3 ſeruus, † qui ſui furtum fugiendo facit, pede olim, iure codicis manu truncabatur. Fures occulte & ſine armis ſubtrahentes colligantur, *d. auth. ſed nouo, & auth. ſi fugitiui, de ſer. fugiti. C. §. quia vero nos oportet, vt null. iudi. lic. hab. loc. ſerua. colla. 9. l. capitalium, §. famoſos, de pœ. in P.* at qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine his in domibus, vel itineribus, aut mari, vel ſunt famoſi latrones, pœnis legalibus & furca ſubiiciuntur. Poſt tria furta autem quis dicitur famoſus latro a Iaſone *in l. pe. de condict. ob cau. P.* Alexandro, *conſi. 110 4. volumi. incipiente, ſtatuta ciuitatis Parmæ, vltim. colum.* Raph. Fulgoſio, *conſil. 157. in 1. & 2. col.* Chaſſanæo, *in conſuetu. Burg. tit. des iuſtices & droict d'icelles, §. 5. ad ver. pour la premiere fois, verſic. & aduerte.* Ex conſuetudine regni Galliarum, pœna furcarum eſt inducta contra fures, iuxta ea quę tradit Chaſſanæus, *idem in d. § 5. ad verba illa, perdra la vie.* Sicut pœna Iudę proditoris, qui fur erat, indicat, qui laqueo ſe ſuſpen-
4 dit, *D. Ioan. cap. 13. Matth. 27.* ¶ Non † caret tamen controuerſia inter interpretes, num iure ciuili pro tertio furto quis fur dicatur famoſus, cum famoſum latronem, qui vi obſidet vias, conſtet differre a famoſo fure. Verum illa quæſtio quia late diſcutitur a Iaſone, apud ipſum videnda, *Iaſon in §. ex maleficiis, a nume. 3. vſque ad nume. 17. de actio.* Et illa, num pro vno furto, quod tribus æquiparari poſſit, ſuſpendatur, anve ob grauitatem furti poſſit iudex exacerbare pœnam. Videndus & Nicolaus Boeri-
5 us *quæſt. 173. num. 5. & 219.* ¶ Plutarchus † ſcribit *problem. 65.* in furto vel aliquo ſimili flagitio deprehenſos, furciferos appellatos: eo quod qui ſeruum alicuius ſceleris aut improbitatis conuiciſſet, duplex lignum quod currui ſubiiciunt, attollere iubebat, vt conſpiceretur viciniam obire, vt in poſterum ei fidem non haberent, & ab eo cauerent, hocque lignum Gręcis dictum ςήριγμα, furca Latinis.
6 ¶ Theophilus † in iuris ciuilis inſtitutionibus, *in 4. Inſtit. lib. tit. de perpet. & tempor. actio.* capitalem pœnam furibus fuiſſe lege duodecim tabularum indictam teſtatur. Gellius ſic explicat, *lib. 11. cap.* 18. de iis legibus agens, *Furem, qui manifeſto furto prehenſus eſſet, tum demum occidi permiſerunt, ſi aut cum faceret furtum nox eſſet, aut interdiu ſe telo, cum prehenderetur defenderet: ex ceteris autem manifeſtis furibus, liberos verberari, addicique iuſſerunt ei, cui furtum factum fuiſſet, ſi modo id luci feciſſent, neque telo ſe defendiſſent. Seruos item furti manifeſti prehenſos verberibus affici, & e ſaxo præcipitari: ſed pueros impuberes prætoris arbitratu, verberari voluerunt, noxamque ab iis factam ſarciri.* In occiſione porro licita furum nocturnorum, conſentire Iuriſconſultos ſuperius, dum de ſicariis ageremus, oſtendimus, *ex l. 4. 5. ad leg. Aquil. ex l. furem, ad leg. Corn. de ſicar. idem in l. 15. & 16. tit. de furib. li. 7. Cod. Wiſig. tit. 2.* In impubere etiam diſtinguit Vlpianus, *l. impuberes, 23. de furt. in P. facit l. pupillum, & l. pupillus, de regul. iur. l. 1. § impubes, de fal. mon. l. impuberem, ad l. Cor. de falſ. in P. ca. 2. de del. puero.* num doli capax, vt furtum feciſſe dicatur, modum tamen eſſe adhi-
7 bendum: in infantes autem non cadere dolum. ¶ Lex † ciuilis nouella ſtatuit pro furto ſimplici mori non debere furem, nec aliquod membrum ei abſcindendum, ſed aliter caſtigandum, *authent. ſed nouo iure, de ſer. fugit. Cod. § quia vero nos oportet, vt nul. indi. lic. hab. loci ſerua. collat. 9. titul. 9.* ¶ Lex † erat Athenis, vt te- 8
ſtatur Vlpianus *in commenta. in oration. cont. Timocratem,* commentator Demoſthenis, ὑπὲρ τῶν πεντήκοντα δραχμῶν. οἱ γὰρ κλέπτοντες ὑπὸ τῶν πεντήκοντα δραχμῶν, ἧττονα ἔπασχον. *Lex erat, inquam, de quinquaginta drachmis, qui enim infra quinquaginta drachmas furabantur, leuius puniebantur.* ¶ Draco † lege Athenis ſanciit, fu- 9
rem cuiuſcunque modi furti, ſupplicio capitis puniendum, *Gell. libr. 11. cap. 18. Sancitum,* inquit Xenophon *1. de dict. aut fact. Socrat. legibus, illum affici morte debere, qui aut furabatur, aut latrocinabatur, aut rapiebat, aut in ædes alienas irruebat, aut ſacrilegium com- 10
mittebat.* ¶ Zaleucus † Locrenſibus legem ſtatuit, deprehenſum in furto oculis priuandum, teſte Heraclide, *in politiis, & in polit. Locrenſ.* cum tamen pœnam hanc ad adulteros referat Valerius Maximus *li. 6. c. 5.*

¶ Furibus † Actyſanes rex Ægypti & Æthiopiæ, nares abſcin- 11
di iuſſit, deinceps in extera Ægypti exſilio relegauit, vbi ab iis exædificata ciuitas, dicta Rhinoceros, a naribus exſciſſis, vt auctor Diodorus Siculus *libr. 2. Bibliot. ca. 1.* Et nunc in Gallia, non nares quidem, ſed aurium fibræ ſeu auriculæ furibus pro primis furtis poſt fuſtigationem abſcinduntur, vt caueantur loco inſigni ita notati. Vindicantur tamen & furta quædam morte, vt domeſtica ſeruorum & domeſticorum famulorum, quorum fides maxime nobis neceſſaria, vt notat Papus in Rhapſodia areſtorum, *libr. 23. titul. 6. areſt. 2. Ioan. Faber, in §. alia deinde, de public. iudi. & nos inferius de fur. domeſti. proprio capite.* Ego ſæpe vidi ſuſpendi balantocomos iſtos, qui crumenas abſciderant, in ſacro principis Senatus Tholoſani palatio, etſi vix ſex denarii in crumenis inuenti eſſent, quia ſtudium, malitiaque furandi, & loci ſacrilegium, vindictam illam merentur, vt tutus ab hac improbitate locus ſit.

¶ Accedit † lex Inſubrum, ſeu Langobardorum, *§. ſi quis quin- 12
que ſolidos, de pac. tenen. & eius vio. libr. 2. Feud. titul. 27. Si quis,* inquit lex, *quinque ſolidos valens, id eſt, triginta Veronenſes ſolidos,* ex noſtris quadraginta, *Aluar. in §. ſi quis quinque. aut plus fuerit furatus, laqueo ſuſpendatur, ſi minus, ſcopis & forcipe excorietur, & tundatur ſeu tondeatur.* Interpretes tamen, vt Aluarotus, Baldus, *in dict. §. ſi quis quinque ſolidos,* Bartolus, *in leg. capitalium, §. famoſos, de pœn. & in authentic. ſed nouo iure, & ibi quoque Bald.* & gloſſa *in §. iniuriam, de pace iuram. firm. in verbo puniatur,* tradunt, illam conſtitutionem abrogatam contraria conſuetudine, & conſtitutione Frederici, de pace iuramento firmanda, in §. iniuria. Dicerem ego, illam conſtitutionem editam fuiſſe in latrones qui pacem initam furto rumperent, etiam quinque ſolidos furando: & ideo eſſe tantum illos furca puniendos, vt exemplari pœna, non alios.

¶ Statuit † autem Carolus Magnus in Langobardorum legi- 13
bus, *l. de latronibus, de furt. li. 1. leg. Langobar. meminit Iaſon, ad §. ex maleficiis, num.* 10. *de actio.* & in Synodalibus conſtitutionibus, *in capitula. legi. Caro. Magni, habitis in Synodali concilio, c. 24.* vt pro primo furto non moriantur latrones, ſed oculum perdant: pro ſecunda vero culpa naſus eiſdem abſcindatur: pro tertia, quia inemendabiles, moriantur. Rhotarius alius Langobardorum rex ſancit etiam: *Si liber homo furtum fecerit, & in ipſo furto tentus,* id eſt deprehenſus, *fuerit, id eſt fingandi, ſi furtum vſque ad decem ſiliquas fuerit ſibi nouum reddat, & componat pro tali culpa 80. ſolidos aut animæ ſuæ incurrat periculum.* Et rurſum: *Si quis ſeruus furtum fecerit, & tentus fuerit in ipſo furto vſque ad decem ſiliquas, ſibi nouum reddat, & componat pro tali culpa ſolidos 40. aut cer-
te occidatur.* ¶ Æſchines † κατὰ Τίμαρ, meminit cuiuſdam legis 14
Græcæ, in hæc verba: οἱ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας θανάτῳ ζημιοῦσθαι, τοὺς δ' ἀρνουμένους κρίνεσθαι, id eſt, *leges iubent ex furibus conſitentes quidem morti adiudicari, negantes iudicari tantum
pecunia.* ¶ Crem † legiſlator Bulgarorum, teſte Suida *in ver. Bul- 15
garus,* legem ita ſanciuit: *Nemini liceat furi cibum impartiri, qui vero id auſus fuerit, publicus eſto: furi autem crura confringantur.*
¶ Ex † conſuetudine Burgundiæ *titul. des iuſtices & droictz d'icel- 16
les, §. 5. vbi diſputatur a Chaſſan. num & in fœminis furantibus pœna locum habeat,* qui furatur infra 10. libras, pro primo furto illo ex arbitrio iudicis caſtigandus, citra tamen mutilationem membrorum, aut mortem naturalem: ſi autem vltra decem libras furatus ſit, corporali pœna ex arbitrio iudicis puniri debet. Et ſi iterum furetur, vita priuandus venit, niſi gratia ei pœnæ & delicti fiat a principe. ¶ Elſatiæ † in Germania, lex de furto hæc anti- 17
qua, apud Beatum Rhenanum *libr. 2. rer. Germanic. dum agit de*

*ſtatu Germ. ſub Imperatorib. Saxonibus. Si quis ſicli vnius, aut duo-*
*rum pretii furtum fecerit aut prædam, corium cum capillis perdat: ſi*
*ſecundo vel tanti, vel quinque ſiclorum furtum vel rapinam fecerit,*
*manu priuetur: ſi tertio, abſque omni dubietate ſuſpendatur.* ¶ Apud
18 Anglos † Henricus ſeptimus rex ſtatuit anno ſecundo regni ſui
in conſilio, vt pro primo ſcelere remitteretur quidem pœna
corporalis in carcerem coniectis ſceleris commiſſi, nota in pal-
ma ſiniſtræ manus ſub pollice inureretur, quæ criminis admiſſi
primam referat literam: vt ſi homicidium commiſit, inuratur
*M. meurdre* enim dicunt homicidium: furibus vero *T.* vocant e-
nim *Thesht* furem. Vt ſi rurſum in crimine reperiantur, merito
illico pœnas dent. Illud, inquit Polydorus Vergilius *lib. 26. hiſt.*
*Angli. pa. 609.* a Gallis mutuatus: nam apud eos huiuſmodi da-
mnatis hominibus ſolet amputari altera auris, certa poſthac ma-
19 leficii nota imprimi. ¶ Solent † & Galli furunculos iſtos loris
flagellare publice per compita & vias ciuitatum & oppidorum,
pro leuioribus furtis extra ſacrum locum factis: vt & fieri antea
Romæ innuit Horatius, dum ait, *libr. 1. Epiſto. epiſt. 16. ad Quin-*
*tium:*

*Nec furtum feci, nec fugi ſi mihi dicat*
*Seruus: habes pretium, loris non vteris, aio.*

20 ¶ Mitius † apud aliquos fures puniti, vt in Perſide apud Polyle-
ritas apud quos, vt Thomas Morus ſcribit *libr. 1. Vtopiæ*, fures
condemnantur tantum reddere quæ furati ſunt domino, non
principi, & damnantur in opera, neque periculi quidquam præ-
ter laborem in vita patiuntur, illiſque victus ex eleemoſyna col-
lecta impenditur, & interdum viritim in eius rei vſum confer-
tur, & in foro, minori tamen pretio quam liberi conducuntur:
notantur autem vnius habitus colore, pilo non raſo, ſed parum
ſupra auriculam attonſo. Neque vnquam deferunt pecuniam,
vel arma: horumque aliqui ſingulis annis reſtituuntur libertati,
21 exemplo patientiæ. ¶ Furta † etiam raro apud Moſcouitas ſeu
Rhutenos puniuntur, verum qui in furto deprehenſum occide-
rit, impune facit, ſi occiſum in aulam principis detulerit, & rem
vt eſt acta expoſuerit, vt ſcribit Sigiſmundus Liber Baro *in com-*
*men. rer. Moſcouit.* Is tamen refert aliam legem Baſilii Magni
ducis Moſcouiæ, qua ſtatuitur, pro primo furto conuictum citra
ſacrilegium non puniri morte, ſed baculis cædi & pœna pecu-
niaria mulctari: pro ſecundo autem furto, ſi non habuerit vnde
22 iudici ſatisfaciat & accuſatori, plecti morte. ¶ In † conſtitutione
Imperatoris Caroli quinti, de rebus capitalibus edita, *artic. 157.*
*&* 158. ſimplicis furti clandeſtini valoris quinque florenorum
pœna, dupli reddendi læſo ponitur, cum expenſis carceris & via-
torum, qui eum apprehenderunt. Quod ſi non habeat vnde ſol-
uat, iubet carcere macerari & vinciri, nihilominus & ſoluere
carcerem & viatorum impenſas. Quod ſi deprehenſus fuerit in
furto manifeſto vltra quinque florenos, iubet hunc virgis cædi,
& torqui infami adiudicari, vocant *le colier ou carquant:* dehinc
ditioni ei interdici. In legibus Wiſigothorum hæc, *l. 14. titul. de*
*furib. lib. 7. C. Wiſig. tit. 2. Fur ſi captus fuerit, perducatur ad iudi-*
*cem, ita vt ingenuus nonecuplo ſublata reſtituat, & extentus publice*
*coram iudice centum flagella ſuſcipiat: quod ſi non habeat vnde com-*
*ponat, careat libertate, illi ſeruiturus, cui furtum fecerit. Seruus au-*
*tem ſextupli compoſitione cogatur exſoluere, & centum flagella ante*
23 *iudicem extenſus accipiat, &c.* ¶ Iure † pontificio perſonæ eccle-
ſiaſticæ in furto deprehenſæ, vel conuictæ furti, a iudice eccleſi-
aſtico deponuntur, *ca presbyter*, 81. *diſt.* & ſi depoſitæ incorrigi-
biles ſint, excommunicantur: deinde contumacia creſcente, a-
nathemate percelluntur: & tandem ſi contumaces perſeuerent,
curiæ ſeculari dantur caſtigandi, *ca. cum non ab homine, ca.* 10 *de*
*iud. lib. 2. Decret. tit. 1.* Innocentius tertius, clericos in latrociniis
deprehenſos, & in aliis magnis ſceleribus, ſtatuit, *ca. tuæ, c. 6 de*
*pœn. lib. 5. Decret. titul. 26.* ſuis ordinibus degradatos detrudi in
arcta monaſteria, ad pœnitentiam agendam. Hoſtienſis tamen
hanc pœnam locum habere in latrociniis, non in furtis ſimpli-
cibus vult, *in d. c. tuæ.* Quod ſequitur Panormitanus Abbas, &
Ioannes Andreas *ibidem.* Erit tamen de hoc furto condemna-
tus, infamis, ſicut laicus, *cap. infames, 6. quæſt. 1. & § hic colligitur, 2.*
*quæſt. 3. Felin. in c. qualiter, in 2. § ad corrigendos, 5. col. de accuſatio.*
ſi agatur contra eum actione furti nominatim: non autem ſi
condictione furtiua tantum, vel ſi ſimpliciter condemnetur ad
rei reſtitutionem, *Io. Bernard. Diaz in pract. crimina. cano. 284. in*
24 *fin.* ¶ Placuit † etiam pro furibus, ſi inter furandum occidantur,
non eſſe orandum, *ca. 2. de furt. ap. Gregor.* quia in mortali pecca-
to deceſſiſſe eos conſtat, *ca. placuit, 23. quæſt. 5.* vulneratos tamen
& confeſſos ad communionem admittendos, *dict. cap. fin. de furt.*
¶ Sed † quia pœnæ furtorum grauiores vel leuiores ſunt, ratio- 25
ne circunſtantiarum, rerum, perſonarum, adiunctorum, modi
furandi, temporis, pauca exempla ſingulorum percurramus, vt
ex illis facilior in reliquis fiat via. Non referam tamen ea, quæ
iam diximus de furto ſacrilegii: peculatus, repetundarum, de
quibus iam ſupra diximus.

## De Conſideratione rerum in furtis & primum rerum nauticarum. Cap. 3.

1 *Naufragii res ſubtractæ vt conſideranda in pœna furti.*
2 *Naufragorum bona dominis debent reſeruari, & reſtitui: niſi py-*
*ratarum, vel hoſtium ſint.*
3 *Naufragio vel incendio rapientium pœna ciuilis.*
4 *Nauem mouens ſine permiſſu domini qua pœna punitus.*
5 *Naucilariorum res rapiens, qua pœna Rhodiis legibus punitus.*
6 *Nauicularii prædam facientes quomodo puniantur.*

EX † rerum ſubtractarum qualitate pœnas perpendendas eſ- 1
ſe monet hac ratione Paulus, *l. Pædius, de incend. rui. & naufr.*
*lib. 47. P. tit. 9.* ex Pii Antonini reſcripto: *Quod plurimum,* inquit,
*intereſt in furto ex naufragio, an quæ ſeruari poſſint quis flagitioſe in-*
*uaſerit, & in graui præda appetita, liberi fuſtibus caſi in triennium*
*relegantur: ſordidiores, operi publico dandi: ſerui flagellis caſi, in me-*
*tallum adiudicandi. Si non magnæ pecuniæ res fuerint, liberi fuſtibus,*
*ſerui flagellis caſi dimittuntur. Quæ locum habent ſi quis de incendio*
*quoque rapuerit.*

¶ Conſtitutio † Frederici, *§. nauigia, de ſtatu & conſuetud. col-* 2
*la. 11. in authent. & conſtit. nauigia, de furt. Cod.* Imperatoris ſtatu-
it, nauigantium bona, quæ naui vel rupta fluctibus, vel expu-
gnata, in portum vel alias ripas peruenerint, integra dominis re-
ſeruari, ſublata penitus omnium locorum contraria conſuetu-
dine: niſi nauigia illa pyraticam exercerent prauitatem, vel ini-
mica Chriſtiano eſſent nomini. Atque tranſgreſſores ſanxit bo-
norum publicatione mulctari, aliaque pœna extraordinaria pu-
niri. Et alibi *l. 1. de naufrag. libr. 11. Cod. titul. 5.* Imperator prohibu-
it etiam fiſco, ne in aliena calamitate, de re tam luctuoſa com-
pendium ſectetur, & res dominis reſtitui iuſſit. ¶ Ciuilis † pœ- 3
na, *l. in eum, 18. de furt. Cod. libr. 6. titul. 2. l. 1. 2. 3. de incend. ruin. &*
*naufrag. in P. l. 3. de nauicular. libr. 11. Cod. titul. 1.* in eos qui dolo
malo quippiam ex incendio vel naufragio rapuerint, intra an-
num vtilem quadrupli, poſt annum in ſimplum, vltra pœnam
olim ſtatutam, ſcilicet vi bonorum raptorum, vel furti *Caius l. ſi*
*quis, ex naufragio, 5. dict. titul. de incend. ruin.* ¶ Exſtat † lex Salica, 4
*in l. Sali. tit. 23 de nauib. furatis, §. 1.* hæc: *Si quis nauẽ alienã ſine per-*
*miſſu domini ſui, mouere præſumſerit, aut ea tranſierit, Ma berg &*
*flemere, centum viginti denar. qui faciunt ſolidos tres, culpabilis iudi-*
*cetur.* Et rurſum §. 2. *eiuſdem titul. Si quis nauem furatus, 600. de-*
*nar. quia faciunt ſolidos quindecim culpabilis iudicetur.* ¶ In † legi- 5
bus naualibus Rhodiorum, editis Græce per Imperatores Tibe-
rium, Adrianum, Antoninum, Pertinacem, Lucium Septimi-
um Seuerum, ſic ſtatuitur c. 48. ὁ ἁρπάζων τι ἐκ τῶν ναυκλήρων, τετρα-
πλάσιον ἀποδιδότω, id eſt, *quicquid ex rebus naucilariorum rapuerit,*
*in quadruplum id reſtituito.* Idem in cap. 50. & 51. grauiori præda
& vi inuadentes eas res poſt reſtitutionem earum quæ inuaſe-
runt, liber ad triennium relegatur: ſordidiores, in opus publi-
cum eiuſdem temporis ſerui in opus grauius fiſci adiudicantur.
Wiſigothorum autem hæc lex, *l. 18. titul. de furib. libr. 7. Cod. ll.*
*Wiſig. titul. 2. Quicquid de incendio, ruina, naufragio raptum fue-*
*rit & aliquis ex hoc quicquam ab alio ſuſceperit, ſiue celauerit, in qua-*
*druplum reformare cogatur.*

¶ Qui † cum nauiculariis prædam fecerunt, tenentur iure ci- 6
uili quoque in quadruplum, *l. 3. de nauicular. libr. 11. Cod.* Iure
pontificio, qui peregrinos ſpoliarunt, aut inermes pauperes de-
prædati ſunt, anathemate percelluntur, *ca. illi qui, 24. q. 3.*

## De Furtis ruſticarum rerum, & primum inſtrumentorum. Cap. 4.

1 *Sarculum vel ligonem furatus qua pœna puniendus.*
2 *Tintinabulum animalium ouis vel bouis furatus qua pœna pu-*
*niendus, & 4.*
3 *Agriculturæ inſtrumenta furatus quomodo puniendus.*
*Et 5.*
6 *Sterquilinii furati actio.*
7 *Stercoris & ſterquilinii agriculturæ vtilitas.*

In

1 IN legibus † Georgicis Iuſtiniani, *tit. 4. l. 1.* ſic ſcriptum legi-
mus, ἐὰν γεωργὸς κλέψῃ ἐν σκαφῇ λίσγον καὶ δίκελλαν, &c. id eſt, *Si
quis agricola fodiendi tempore ſarculum vel ligonem furto ſubtraxe-
rit, & poſtea conuictus fuerit, eius nomine pendito per ſingulos dies a
furto admiſſo*, κεράτιον ἓν ἤγουν, φόλας δώδεκα, ſiliquã vnam, aut pho-
las duodecim, *Similiter & qui tempore putationis falcẽ putatoriam:
aut meßis, falcem meſſoriam: aut lignationis, ſecurim interuerterit,
2 & ſic de ſimilibus.* ¶ Alia † lex, *in præd. tit. 4. legum ruſtica. Iuſtin. l. 2.*
ἐάν τις κώδωνα ἐκ βοὸς ἢ προβάτου, ἢ ἐξ ἄλλου οἱουδήποτε ζώου κλέψῃ καὶ γνωσ-
θῇ, ὡς κλέπτης μαστιγωθήτω, εἰ δὲ καὶ τὸ ζῶον ἀφανὲς γένηται δότω αὐτὸ ὁ κλέ-
πτης τοῦ κώδωνος, id eſt, *Si quis tintinabulum bouis aut ouis, aut alte-
rius cuiuſuis animalis ſubtraxerit, fueritue conuictus, flagellator vt
fur. Si vero & animal deperditum fuerit, fur tintinabuli id quoque
præſtato.*
3 ¶ Et † talia, *eo. tit. l. 10. Furantes aratrum vel vomerem, vel iuga,
puniuntor pro numero dierum, ex quo furtum admiſſum eſt, per ſin-
gulos dies pendentes pholas duodecim. Alieni plauſtri vel auectores,
vel exuſtores, duplam eius æſtimationem pendunto.*
4 ¶ In legibus † Salicis, *tit. 27. de fur. diuerſ. §. 1.* leges hæ, *Qui
tintinum*, id eſt, tintinabulum, *de porcina aliena*, id eſt, de grege
porcorum *furatus fuerit, 600. denariis, qui faciunt quindecim ſo-
lidos culpabilis iudicator. Si tintinum de pecoribus, eod. tit. §. 4. cen-
tum viginti denarios, qui faciunt ſolidos tres. Si perdicam*, id eſt, nu-
mellas, *de caballo, eod. tit. §. 2. totidem: & ſi is perierit, reſtituat vl-
tra alium in eius locum.* Et in Codice legum Wiſigothorum ſi-
milis hæc lex, *in l. 11. tit. de furib & furat. lib. 7. C. Wiſigo. tit 2. Si
quis tintinabulum inuolauerit de iumento vel boue, ſolidũ reddat: de
vacca tremiſſes duos de veruecibus vel quibuſcunque pecoribus, tre-
miſſes ſingulos cogatur exſoluere.* Et alibi, *l. 12. de inuaſionibus, lib. 8.
eiuſdem Cod. Wiſigo. tit. 1. Qui in itinere vel in opere ruſtico conſti-
tuto aliquid violenter inuolauerit vel abſtulerit, quadruplum reddat.*
Et addit, ſeruum qui hoc fecerit centum flagellis afficiendum, ſi
ſine ſcientia domini, & dominum vel componere debere pro
5 damno, vel ſeruum pro noxa dare. ¶ In † conſtitutionibus Fre-
derici prohibitum eſt, *§. agricultores, de ſtatut. & conſuet. in extra-
ua. feud. vnde auth. agricultores quæ res pign. oblig. poſſ. lib. 8. C. tit.
17.* vt nullus inueniatur tam audax, vt perſonas, boues, & agro-
rum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam
ruſticam pertineat inuadere, aut capere, aut violenter auferre
præſumat, & ſi quis hæc auſus fuerit, in quadruplum ablata re-
ſtituat, & infamiæ notam ipſo iure incurrat, imperiali animad-
6 uerſione nihilominus puniendus. ¶ Inter † inſtrumenta fundi
ponuntur ab Vlpiano, *in l. inſtrumenta fundi 8. de fund. inſtr. libr.
33. P. tit. 7.* quæ fructus quærendi, cogendi, conſeruandiue cauſ-
ſa parata ſunt, eaque quæ ſint enumerat. Et inter inſtrumenta
quærendi pecora quoque ſtercorandi gratia parata. Idcirco &
ſtercus inſtrumentum quodammodo erit, & eius gratia etiam
legem de eo non rapiendo, vel de furato reſtituendo inſtitutam
fuiſſe a Solone ex Suida, *in ver.* βολίτου δίκη constat. Ex qua βολίτου
7 δίκη, actio de fimo: valde neceſſaria ruſticis. ¶ Nam † agricultu-
ræ ſtercorationes maxime commendari conſtat ex auctoribus
rei ruſticæ. Sic M Cato, *de re ruſtica, c. 13.* iubet. *Sterquilinium ma-
gnum ſtude vt habeas. Stercus ſedulo conſerua cũ exportaueris. ſpar-
gito & comminuito, per autumnum euehito.* M. Varro *1. de re ru-
ſtic. ca. 13. Secundum villam duo habere oportet ſterquilinia, aut
vnum bifariam diuiſum: alterans enim in partem ferri oportet e vil-
la nouum fimum ex altera veterem tolli in agrum &c.* Iſque alibi,
*Idem d. lib. 1. c. 38.* ſtercorum vtilitatem proſequitur, aitque: *Qui
auiaria conducunt, ſi caueat dominus ſtercus, vt in fundo maneat,
minoris cõducere, quam ſi accedat.* plura Palladius. *lib. 1. de re ruſt. c.
33.* Columella, *lib. 2. de re ruſt. c. 6.* & in Geoponicis, *libr. 2. Con-
ſtan. vt ferunt. de agric. c. 9.* περὶ τοῦ κόπρου τοῦ Κυνιλίου: ſic orditur eius
vtilitatis auctor tractationem, τὴν ἀγαθὴν γῆν ἡ κόπρος καλλίονα
ποιεῖ, τῇ δὲ φαύλῃ πλέον βοηθήσει. &c. *Bonam terram ſtercus meliorem
facit, vitioſam autem amplius iuuabit.* Et inutilis quæſtio viſa non
eſt Vlpiano, *l. fundi 10. de act. emt. P.* num fundo vendito ſterqui-
linium accederet, & reſpõdit venire ſi eius cauſſa comparatum:
ſecus, ſi vendendi gratia, vt intelligamus vendi ſolitum. Placuit
& eum, cui vſus ouium relictus eſt ad ſtercorandum agrũ ſuum,
pecoribus vti poſſe, *§. ſed & ſi pecorum, de vſu & habit.*

## De Furtis animalium, & Abigeatu.

## Cap. 5.

De quo lib. 9. C. tit. 37. & lib. 47. P. tit. 14.

1 *Furtum animalium cum abigeatu, & ſine illo fit.*
*Quid abigeus, & abigeatus eod. Et quomodo puniatur in ſequẽ-
tibus, 3. 5. 7. 8. 9. & 10. 11. & 12.*
2 *Abigeatus quomodo creſcat pœna.*
4 *Inuentum non reſtituens, nec quærens dominum, fur eſt.*
6 *Animalium cicurorum, non ferorum fit furtum, & quomodo.*
13 *Apes quomodo, & cui acquirantur.*
14 *Columbæ ex alieno columbario acceptæ, furti actionem pa-
riunt.*
*Idem de piſcibus ex ſtagno alicuius captis dicitur.*
15 *Columbaria quibus liceat exſtruere.*

FVrtum † animalium fit abigeatu, & ſine illo: abigei illi pro- 1
prie dicuntur, *Vlp. l. 1. §. 1. de abig. libr. 47. P. tit. 14.* qui pecora
ex paſcuis vel armentis ſubtrahũt, & quodammodo deprædan-
tur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos de armen-
tis vel oues de gregibus abducentes. At is qui ouem errantem
vel equum in ſolitudine exſiſtentem abducit, non arte abigen-
di, ſed retinendi tamen, fur eſt non abigeus. Calliſtratus, *leg. 3. eo.*
numerum ouium 10. porcorum 5. aut 4. equum vnum aut bo-
uem, abigeatum facere ait: non minorem ouium, & porcorum
numerum, ſed furem. Idem reſpondit Claudianus, *l. aut facta,
16. §. quantitas, de pœn. in P.* niſi ſæpius vnum aut alterum pecus
ſurripuerit quis *d. l. 3. de abi. P.* Meli⁹ erit ſi abigeos dicamus eos,
quibus eſt cura alienis inſidiari animalibus, aut iumentis, & ea
tranſponere alibi: ſic enim tradit Iuſtinianus, *in §. mitiores. ver. ſi
igitur de nupt. in auth. coll* 4. ¶ Hoc crimen † publici iud cii non 2
eſt, quia furtum magis, vt ait Marcellus, *l. 2. de abig. P.* ideo & ſi-
ne inſcriptione, & cum ea intentari poteſt, *l. vni. C. eod.* Si ferro
tamen vtantur, qui abigunt, ſolent durius puniri, *l. 2. §. fin. eod. P.*
Augetur & pœna ſi ab ſtabulis abigant, eſtque maior, quam ſi a
ſylua vel paſcuis: & ſi ſæpius abegerunt, *l. 3 eod.* Et eo loci, quo
frequentius hoc crimen committitur, ad exemplum ſeuerius
coercetur, interdum gladio & in opus publicum damnatione,
& ſi honeſtiores perſonæ ſunt, vel ordinis amotione, vel relega-
tione *l. 1. cum ſuis §§. eod.* Et ſi gladio abigunt, feris aliquando
obiiciuntur, *d. l. 1. §. fin.* Receptatores vero abigeorum Adrianus
in decennium extra Italiam relegari iuſſit, *l. fin. §. fin. eod.* ¶ De
abigeis † duæ leges Græcæ Iuſtiniani, *in legib. Georg. Iuſtin. tit. 4.* 3
*l 6. & 7.* vna, ἐάν τις κλέψῃ βοῦν ἢ ὄνον, καὶ ἐλεγχθῇ ἐν διπλῇ ποσότητι
παρεχέτω αὐτὸν μαστιγωθεὶς ἀλλὰ καὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ πᾶσαν, id eſt,
*Si quis bouem aut aſinum furto abduxiſſe conuictus fuerit, flagris cæ-
ſus in duplũ reponito æſtimationẽ, ſimulque operæ deperditæ damnum
præſtato.* Alia, ἐάν τις κλέψαι θέλων βοῦν ἐξ ἀγέλης, ἀπελαθεῖσα δὲ ἀγέλη
θηριόβρωτος γένηται τυφλούσθω, id eſt, *Si quis dum bouem ex armento
abigere parat, hac occaſione armentum diſpalarit, vt a feris dilania-
retur. luminibus priuator.*
¶ Lege † Langobardorum *l. ſi hominem, de furt. lib. 1. l. Langob.* 4
qui animal, quod itinerantem ſe ſequitur, acceperit, & vincie-
rit, palamque habuerit, reus non eſt furti vel abigeatus, paratus
domino reddere, ſi requirat. Nec ſi animal quod ſequitur itine-
rantem ſe a via auerterit, reus furti vel amiſſionis eſt: Si tamen
animal, quod ſequutum eſt eum, abſcondite tenuerit, vel vendi-
derit, debet componere pro *octogilt.* Exſtat hac de re lex diuina,
*Deuter. 22. Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem &
præteribis ſed reduces fratri tuo etiam ſi nõ eſt propinquus frater tuus,
nec noſti eum, & erunt apud te, quandiu quærat ea frater tuus, & re-
cipiat.* Animal quippe quod errat, quandiu eſt ſpes illud inqui-
rendi, in poſſeſſione ciuili, non naturali domini eſt, *l. 3. §. Nerua
filius de acquir poſſeſſ. lib. 41. P. tit 2.* Proinde ſi quis animo inter-
teruertendi dominium celauerit, vel habuerit, furtum commit-
tit: ſicut & qui rem iacentem lucri faciendi cauſſa ſuſtulit. ne-
que libellum propoſuit ſe inueniſſe, & redditurum ei qui deſi-
derauerit: quæ recte tractat Vlpianus. *leg. falſus creditor 44. §.
qui alienum quid, de furt. in P.* Iterum in Leuitico, cap. 6. *Qui
rem perditam inuenerit, & inficiatus inſuper peierauerit, reddet quæ
per fraudem retinere voluit integra, inſuper & quintam partem do-
mino, cui damnum intulerat* Eo enim ipſo quod repoſcenti domi-
no, res ſuas non reddiderit habens ſurripere & intercipere vide-
tur: quare & furti & ad exhibendum tenetur, inquit Pompo-
nius *leg. 44. §. fin. de acquir. rer. domin. P. leg. ſecunda, §. & genera-
liter, de doli except. in P. leg. 1. §. & in ſumma. quar. rer. act. non dat:
l. g. 1. §. eſt autem depoſ. in P.* etſi animo furandi ante noſtra nõ ac-
ceperit.
¶ Pœna abactorum ex legibus Valentiniani & Valentis, *l. 1. 2.* 5
*& 4. quib. equor. vſus conceſ. eſt vel denegat, lib. 9. Cod. Theod. t. 30.*

affecti ſunt, qui equum equamue habere, præter ſenatores, ho-
noratos, adminiſtratores prouinciarum, & decuriones. Lege
Gotthorum proſpectum recte etiam eſt aduerſus eos, qui ſe di-
cunt vagantia animalia reperiſſe, vt furti ſuſpicionem elidant, in
hunc modum, l. 6. de paſc. lib. 8. d. Cod. Wiſig. tit. 5. Caballos vel
animantia errantia liceat occupare, ita vt qui inuenerit dinũtiet aut
epiſcopo, aut comiti, aut iudici, aut ſenioribus loci, aut etiam in con-
uentu publico vicinorum. Quod ſi non denuntiauerit, furis damnũ ha-
buerit. Similis & de aliis rebus ordo manebit. Et poſtea, l. 7. eo. tit. da-
tur præmium ei, qui inuentum animal domino non interuer-
terit, & quantum expenderit. Et ſi euerterit, inquit, duplum
reſtituere domino cogitur. Iterumque, l. 8. eod. cauetur, ne ani-
mal inuentum liceat tondere, vel vendere, vel characteres in-
6 fligere. ¶ Animalium furtum fit eorum, quæ domeſticam & ci-
curem habent naturam, ſi lucrandi animo ea quis a dominis ab-
ſtulerit, concluſerit, vel apprehenderit: vt in gallinis, anſeribus,
& ceruis domeſticis. Eorum autem quorum fera eſt natura, ſi a
nobis euolauerint, ſi ſpes repetendi non ſit, furtum non eſt, leg.
naturalem, 5. §. apum, & §. ſeq. de acqu. rer. dom. P. §. gallinarum, de
rer. diuiſ. apud. Iuſtin.

7 ¶ In † pacto legis Salicæ Francorum porcellorum furta pro
modo loci, vnde ſubtracti ſunt, puniuntur: ſiquidem vt ibi ha-
betur, in legib. Salic. tit. 8. §. 1. Qui ſubtraxit de prima aut media
Rhane, centum viginti denariorum, id eſt, ſolidis 3. condemnãdus eſt
vltra capitale. Qui §. 2. eod. de terra Rhane, 600. denariorum, id eſt,
quindecim ſolidorum. Qui §. 3. de Sutem habente clauem, 1800. de-
nar. id eſt, 45. ſolid. vltra capitale & delaturam. Qui §. 4. ex grege
cuſtodito a ſuario in campo porcellum tulerit, 600. denar. ſeu quinde-
cim ſolidorum. Si quis §. 5. ſcrouam, 260. denar. id eſt, 7. ſolid. Si ſcro-
uam, §. 7. cum porcellis, 700. den. id eſt, 17. ſol. Deinceps & ætatem
porcorum conſiderant, Vt ſi anniculum porcũ furatus quis ſit, ſol-
uat. §. 8. 120. den. ſemper vltra capitale & delaturam, vt in ſequen-
tibus intelligendum. Pro bimo, §. 9. 600. denar. id eſt, 15. ſolid. &c.
8 De † aliis autem animalibus, in d. ll. tit. 3. §. 1. 2. 3. 4. & ſeq. Qui
vitulum furatus erit, damnatur 120. denar. id eſt, 3. ſolid. præter ca-
pitale & delaturam: ſi aliud animal anniculum 600. denar. id eſt, 15.
ſolid. Si bimum, 1400. denar. id eſt, 35. ſolid. vltra cap. & delat. Si vi-
tulum cum vacca totidem: ſi eam ſolã, 120. denar. id eſt, 30. ſolid. &c.
9 ¶ Et † de canibus nominatim, eod. tit. 6. de furt. canum §. 1. 2. 3. Pro
cane ſeguſio (qui ſequitur prædam) furato, pœna 600. denar. id eſt, ſo-
lid. 15. Si autem Seguſium magiſtrum quis ſit furatus, 1800. denar. id
eſt, ſolid. 45. Si canem paſtoralem quis occiderit vel furetur, 120. de-
10 nar. id eſt, ſolid. 3. ¶ † Pro agno, eod. lib. titu. 4. de fur. ouium, §. 2. 3.
ſubtracto lactente pœna 7. denar. Pro veruece bimo, 123. denar. ſi tres
& amplius, 1400. denar. id eſt, 35. ſolid. Si quinquaginta, 2500. denar.
11 id eſt, 65. ſolid. cũ dimidio vltra capitale & delaturã ſemper. ¶ † Pro
tribus capris, eodem. libr. titul. 5. de furt. capra. §. 1. & 2. ſubtractis.
12 centum viginti denar, id eſt, ſol. 3. ¶ † Si plures, 600. denar. id eſt, ſolid.
15. Qui accipitrem, hac & ſeq. in eod. lib. tit. 7. de furt. auium, §. 1. 2.
3. 4. & ſeq. ab arbore furatus, debet 120. denar. ſi de pertica, 600. exce-
pto capitale & delatura. Si de nitro clauẽ, 1800. denar. id eſt, ſolid. 45.
Si ſparuarium, centum viginti denar. Si gallum vel anſerem, toti-
dem. Si gallinam ſolam pidam, totidem. Si gruem aut cygnum dome-
ſticum, ſi turturem de trapis, vel aliam auem de decipula vel rete, to-
tidem. Quod enim etiam iure ciuili cepimus in venatione, &
manet ſub noſtra cuſtodia, noſtrum eſſe dicitur, l. 3. §. 1. de acqui.
rer. dom. Ideo & alibi in legibus Salicis, tit. 36. de venatio. §. 1. Si
quis aliqua de venatione, de auibus, vel piſcibus furatus fuerit, 600. de-
nar. qui faciunt quindecim ſolid. culpabilis iudicatur. Eademque
ſumma plectitur, eod. tit. §. 5. & 6. qui ceruum aut aprum motum, &
laſſatum a canibus alterius furatus fuerit, vel celauerit. Quibus ad-
ſtipulatur Caius Iuriſconſul. l. naturalem 5. §. 1. de acq. rer. dom. P.
ſi venator qui feram vulnerauit, eam perſequatur, & in conſpe-
ctu habeat, non aliter: cum multa poſſint accidere, quibus im-
pediatur captio. Quod & firmat Iuſtinianus, §. illud. de rer. diuiſ.
Accurſius tamen putat, in d. l. naturalem, §. 1. in ver. quod verius.
lege Langobardorum penultima de venationibus, feram vulne-
ratam pertinere ad vulnerantem, ſi inueniat eam intra 24. ho-
ras. Diſtinguit de laqueo erepta venatione Proculus, l. in laque-
um 55. de acq. rer. dom. facit. §. feræ quoque, de rer. diuiſ. vt ſi in ſuo
quis tetenderit, vel in alieno permiſſu domini, & illinc præda
non eſſet euaſura, fit eius qui laqueum poſuit, non aliter.

13 ¶ Lege † iterum Salica, tit. 9. de fur. apum, §. 1. Qui apes claue
concluſas reſerato tecto rapuerit, 1800. dena. id eſt, ſolid. 45. ſoluere de-
bet. Sic iure ciuili, apes in alueis noſtris concluſæ, noſtræ ſunt, leg.
Pompon. ſcribit, P. §. idem Pompon. famil. erciſc. P. ſi tamen euola-
uerint, vt perſequi extra conſpectum noſtrum nequeamus, vel
in arbore ſint, occupantium fiunt, l. naturalem 5. § apum quoque,
de acquir. rer. dom. l. ſi apes 26. de fur. in P. § apum, de rer. diui. ap. Iu-
ſtin. Non ſecus, quam aues, quæ in arboribus noſtris nidificant,
etſi dominus agri poſſit venatoribus ne ingrediantur interdice-
re, d. §. apum, & l. D. Pius, de ſeruit. ruſtic. præd. in P. § feræ, verſi.
plane, de rer. diuiſ. Accurſius, in d. l. naturalem, §. apum. in ver. fur-
to, ſylueſtres apes, quæ in arbore conſederunt, eius eſſe domini,
ſi arborem ſignauerit, ex lege Langobardorum, l. ſi quis de arbo-
re, de fur. in ll. Langob. in nuperrime excuſis Baſileæ, eſt ſub tit. de ve-
natoribus, qui omnium eſt, 104. l. 15. ait. Lege Gotthorum, l. 1. de api-
bus, lib. 8. C. Wiſigot. tit. 6. ſi quis ingenuus deprehenſus ſit in a-
piario furti cauſſa, ex eo ſolo tres ſolidos debet & 50. flagella: ſi
vero abſtulerit, nouemcuplum cum dicto numero flagellorum.
Si ſeruus ſuſtulerit, centum verberibus ſubiicitur: & ſi dominus
eius noluerit componere, addicitur domino apum ſeruiturus.
¶ Datur † actio furti, pro columbis ex alieno columbario captis, 14
d. l. Pomponius ſcribit, §. item Pomponius, vbi Florianus fam. erciſ. P.
vide multa de his apud Bart. Cæpollam, lib. 1. de ſeruit. c. 77. Quod
remedium ſoli vſufructuario competit, leg. vſufructuarius, §. ſi in
vinariis, de vſufruct. in P. Ad eundem modum pro piſcibus ex
ſtagno captis, datur actio: quia & illi incluſi in dominio poſſeſ-
ſionis ſint: nec vetitæ ſint piſcationes priuatæ, ca. 1. quæ ſint reg. in
vſi. feudo, vide ad Cæpolam, lib. 2. de ſerui. tit. de piſcatio. ¶ Et † mul- 15
to magis olim apud Romanos ætate Varronis, qua paria colum-
barum ducentis nummis, & cum eximia erant, ſingulis millibus
ſeſtariorum vendebantur. Quemadmodum & tempore Colu-
mellæ fuerunt inuẽti, qui quaternis millibus numum binas co-
lumbas mercarentur, Colum. lib. 8. c. 8. Cuique autem licet etiam
in feudo beneficiario, qui cẽſualis eſt, alicui domino etiam iuri-
dico, habere columbarium, tot columbarum capacem, quot in
confinio poſſeſsiones habuerit, vt eis cibaria ſuppeditet, vt pla-
cuit iudicio contradictorio ſenatui Pariſienſi 15. Calend. Iunii,
anno Domini 1549. & 6. Idus Decemb. 1565. Nec poſſe ſupe-
riorem dominum prohibere, cum columbaria non ſint inter
inſignia ſuperioris iuris: niſi contrarium ſuaderent loci conſue-
tudo, vel prædii clientelaris lex in emphyteuſi dicta. Quod & de
leporariis dictum eſt. Sunt enim conſuetudines locorum, quę ea
clientibus prohibeant, & ſolis permittant dominis, vt Burgun-
diæ, Armorice, Niuernenſibus. Alioquin ius eſt cuique libere
habendi, nec vicinus quoque prohibere poteſt, cum victus eius
animalis, columbarum, ſcilicet, innocens ſit, D. Auguſtinus Ho-
mil. 7. nec rerum poſſeſſoribus officiat, cap. non omnis, 2. q. 7. da-
mno depaſtionis cum ſtercore fundis vtiliſſimo, Plin. lib. 17. ca. 8.
Cato, lib. de re ruſtic. cap. 96. Columel. libro ſecundo, cap. 15. Varro
lib. 1. tit. 38. compenſato.

## De Furtis Arborum & Fructuum.

## Cap. 6.

Lib. 43. P. tit. 7. & 27.

1 Arboribus furtim cæſis quæ actiones pro his dantur.
2 Aquiliæ, & furti actionis diſtinctio in cæſis arboribus.
3 Arbores alienas impune quando cædere poſſimus.
4 Arborum appellatione quid contineatur.
5 Arboribus cæſis ex pluribus actionibus vna eligenda.
6 Vitem exſpoliantis, & pomarium aut pirum furantis qualis pœna vt & alias arbores ſuccidentium. Num. 7. 8. 10. 11. & 12.
9 Lite pendente arbores vel vites ſuccidens, ſuſpendendus.
13 Arbores iniuria cædentis pœna 12. tabul.
14 Fures immobiles ſtare fecit diuus Medardus.
15 Arbuſtorum fures ex conſuetudine Burdegalenſi vt puniantur.
16 Arborem in parte cedens tantum, nihilominus de arboribus cædendis tenetur.

QVanquam † non ſemper furti actio competat pro arbori- 1
bus cæſis, quod eæ poſſint furtim ſine furto cædi, Vlpia. in l.
furtim cæſæ 7. arbo. fur. cæſa. P. nihilominus vt plerumque aduer-
ſum eos qui arbores alienas furtim & animo contrectandi & in-
iuria cædũt, competit actio legis Aquiliæ pro damno reſarcien-
do, & actio ex lege duodecim tab. & furti, vt reſpondit Paulus,
l. 1. & l. cædere, 5. §. 1. eod. Idem ad exhibendum dari, & quod aut
vi aut clam, condictionem, & ad id quod intereſt, Idem l. facien-
da æſtimatio 8. l. ſed ſi de arboribus 11. & l. fin. eod. tit. arb. fur. cæſar.
Furtim cæſæ arbores videntur, ait Vlpianus, l. furtim cæſæ 7. eod. quæ
ignorante domino, celandique eius cauſſa, cæduntur: aliter enim fieri
poteſt,

*poteſt, vt ſine furto quis cædat.* Nam & ſi per vim ſciente domino
cædit, non incidit in hanc actionem, *l. facienda, §. fin. eod.* ſed in a-
liam actionem, puta vi bonorum raptorum, *l. 2. vi bonor. rapto. P.*
aut quod vi aut clam, *l. 1. §. quid ſit, quod vi aut clam. P. l. competit*
2 *16. eod. tit.* ¶ Ab Aquilia † autem animus videtur furti actionem
diſtinguere. Nam qui contrectandi animo, furtum facit, ſi quid
inde lucri ſperat, *l. furtim §. ſi recte, arbo. furt. cæſa.* At in actione
legis Aquiliæ, inſpicitur potius damnum quod patitur domi-
nus, quam lucrum quod conſequutus eſt qui dedit: & ideo ſi ar-
bores nouellas in ſylua cædua quis ſecuerit, Aquilia tenetur. Si-
cuti & qui fruges immaturas meſſuerit, vel oliuas immaturas
collegerit, non autem is qui maturas: nam is actione furti te-
nebitur, vt diſtinguit Vlpianus, *in leg. ſi ſeruus ſeruum, 27. §. ſi o-
liuam immaturam, ad legem Aquil. P.* Vt & alibi, qui virgi-
nem nondum maturam viro ſtuprauerit, Aquilia tenetur, *leg. ſi
ſtuprum, 25. de iniur. in P.* Et ſi quis ſyluam cæduam maturam
cæcidit, ex quo nihil damni dominus habet, nec quippiam ab-
ſtulit, nec perdidit, nulla actio in cædentem competet: nullam
enim iniuriam fecit, qui etiam impẽſas donauerit, quæ in ſectio-
nem ſyluæ, vel fructuum maturorum factæ ſunt, *Celſus, leg. ſi im-
maturam 18. quod vi aut clam, lib. 43. P. tit. 23. d. §. ſi oliuam, leg. ſi.
ſeruus ſeruum.* Factum autem ipſum donationem arguit, vt repe-
tere non poſſit *§. ex diuerſo, de rer. diuiſ.*

3 ¶ Cædere † autem arbores alienas alio animo quam furandi,
non eſt prohibitum ſemper: veluti ſi arbor vel ex radicibus lon-
ge propagatis vicino ædificio ruinam & cauſſam ſubruendi fun-
damenta minetur: vel ſi frondes in aream alterius dependentes,
vmbra vel alio modo noceant: licet enim eas circuncidere vici-
no, & ſibi lignum tollere, poſt interdictum tamen propoſitum,
& poſt admonitionem vicini, *l. 1. & 2. de arbor. cæden. P. l. 1. de in-
ter. lib. 8. C. tit. 1. l. 1. & l. decernimus de aquæduct. lib. 12. C.* Aliter e-
nim non licet *l. ſi plures 6. §. 1. arbor. furt. cæſa.* Exſtatque & hac de
re diſtinctio in legibus Iuſtiniani, *in legib. Georg. tit. 10. περὶ δένδρων.
leg. 2. ἐὰν*, inquit, δένδρων ἵσταται ἐν μερίδι χωραφίου, εἰ μὲν εἴη κῆπος σύ-
νεγγυς, καὶ ὑποσκιάζεται ὑπὸ τοῦ ἐκεῖσε δένδρου, κλωνοκοπήσει αὐτὸ ὁ κύριος
αὐτοῦ, εἰ δὲ οὐκ ἔστι κῆπος, μὴ κλωνοκοπείσθω, id eſt, *Si arbor in agri conſi-
ti parte ſtet, ſi quidem hortus vicinus eſt, cui arboris in vmbratione
nocetur, dominus eius ramos putabit: at ſi hortus non fuerit, rami eius
ne præciduntur.*

4 ¶ Hic † arboris appellatio continet, *Vlp. l. 3. arb. fur. cæſar. P.*
& vites, arundines, hederas, ſalictum, & virgas ſaligneas, quæ
radices egerint, item nouellas ex ſeminario translatas ſtirpitus,
& quæ ſubuerſæ reponi poſſunt. ſtirpes oleæ: niſi adeo tenerum
quid ſit, vt herbæ loco potius ſit, *Caius, l. 4. eod. tit. & Iuſtinian. in
legib. Georg. tit. 10. περὶ δένδρων. l. 5.* Condemnatio ciuilis iſtius a-
ctionis pœnalis, duplum continet, perpetuaque actio, ſed quæ
aduerſus heredes non detur: heredi autem & ceteris ſucceſſori-
bus datur *l. furtim, 8. §. fin. arb. furt. cæſa. Iul. Paul. lib. 2. recept. ſen-
5 tent. tit. 32. §. 10.* ¶ Ex † pluribus autem ſupra memoratis actio-
nibus, vna contentus eſſe debet actor, *Caius, l. ſi colonus 9. eod. tit.*
Sed ſi plures arborem furtim cæciderint, eadem cum ſingulis in
ſolidum agetur: at ſi plurium vna arbor cæſa fuerit, vniuerſis
duntaxat vna & ſemel pœna præſtabitur, *Pau. l. ſi plures 6. eod. tit.*
Neque enim dici poteſt, pro parte furtum feciſſe ſingulos, ſed
totius rei vniuerſos: *Et ſic fiet*, inquit Vlpianus, *l. vulgatis 21. § pen.
de furt. P. ſingulos furti teneri in ſolidum. Proinde nec altero ſoluen-
te, alter liberabitur, l. ſi. de cond. furt. C. l. ita vulneratus, in fin. ad leg.
6 Aquil. in P.* ¶ Ex lege † Longobardorum, *l. ſi quis vitem & ſeq. de
de furt. lib. 1. Longobard. Si quis vitem exſpoliauerit, id eſt, admini-
cula tulerit, componat ſolidos ſex. Item ſi palum ab ea tulerit, eadem
7 pœna, & ſi quis ſupra tres vites de vinea aliena tulerit.* ¶ In † Salica
lege, *tit. 8. de fur. arbor. §. 1. Qui pomarium aut pyrum intra curtem
exſiſtentem aut ad latus furatus fuerit, vel capulauerit, centum vi-
8 ginti denariorum, id eſt, ſolidorum trium culpabilis iudicatur.* ¶ † In
conſtitutionibus de rebus capitalibus Caroli V. Maximiliani,
*art. 168. Si quis alicui lignum diſſectum clam abſtulerit, id ceu fur-
tum, ex conditione cauſſæ plectendum eſt. Si quis autem in ſylua al-
terius clandeſtino & prohibito more diſſecuerit, puniri debet ex more
cuiuſque regionis & loci.*

9 ¶ Criminalis † pœna eorum qui arbores potiſſimum fructi-
feras cæciderint maxime vites, eſt eadẽ quæ latronum, *l. 2. arbor.
furt. cæſa P.* qui furcis ſuſpenduntur, vel beſtiis obiiciuntur, *l. ca-
pitalium, §. famoſos, de pœn. P. Guid. Pap.* Ex legibus Græcis Iuſti-
niani. illa, *Si quis abſque iudicis auctoritate, litem habens cum ali-
quo, vitem aut aliam quamuis arborem cædat, manu truncator red-
dita æſtimatione, in leg. Græcis Iuſtiniani Georg tit. 10. l. 3. & 4. Con-
ſtant. Harmenop. lib. 6. Prom. tit. 7.* ¶ In Ægypto, † qui arborem 10
Sycomorum exciderit, extra ordinem punitur propter vtilita-
tem publicam: quia arbores illæ colligant aggeres Niloticos per
quos incrementa Nili diſpenſantur, & diminutiones aquę coer-
centur, vt ſcribit Martianus, *l. ſaccularii 7. §. fin. & pen. de extraor-
din. criminibus.* Et Honorius & Theodoſius eos, qui in Nili
vallo arbores excidiſſent, ea ratione flammis voluerunt combu-
ri, *l. vni. de Nili agge. non rumpend. lib. 9. C. tit. 38.* ¶ † Athenis, 11
qui oleam effodiſſet ad vſus proprios, centenas de ſingulis oleis
drachmas ærario debebat, & eius mulctæ decimæ Mineruæ e-
rant: a quo autem reus peractus erat, ei in ſingulas oleas cente-
nas debebat drachmas, *Demoſthenes oratione, ὑπὲρ ἄγνιδ.* ¶ Pro- 12
hibentur & certæ arbores, vt cupreſſi in ſyluis & aliquibus locis,
iure ſingulari cædi, a quibus abſtinere oportet, imminente alio-
quin pœna, *l. 1. 2. de cupreſſ. ex luco Daphnes vel Perſeid. lib. 11. C. tit.
77.* ¶ Cautum † & legibus duodecim tabularum, vt qui iniuria 13
arbores cæcidiſſet alienas, lueret & ſingulas æris 25. *Plin. lib. 17.
cap. 1.* ¶ D. Medardus, † vt narrat Theophilus Lebius, *de Ono-* 14
*maſt. Theolog.* epiſcopus Veromandenſis conſtitutus. Dei iudi-
cio fures, qui noctu in vinea eius & horto graſſati erant, abiens
ſenſit, & cohibuit ne diſcedere poſſent: donec ipſe eos coram
reprehenderet: obiurgatos tamen dimiſit.

¶ Ex † conſuetudine Burdegalenſium, qui ligna furabitur & 15
arbuſta, pro primo furto ſoluit viginti ſolidos Turonenſes, &
damnũ inſuper, & domino iuriſdictionis quadraginta ſolidos:
pro ſecundo furto, fuſtibus cædetur, aut in vrbe aut agro eo loco
quo ceteri fures puniri ſolent, *in conſuetud. Burdega. titul. 12. de
de furibus arbuſtorum, §. 1. & 2. & ibi Arnold. Ferro.* Leges porro
Gotthorum puniunt hæc furta damni reſtitutione, & flagellis,
ſi ſerui ſint, qui non habeant vnde componere delictum poſ-
ſint *per tot. tit. de damnis arborum hortorum, vel frugum quarum-
cun. lib. 8. C. l. Wiſigo. tit. 4.*

¶ Exiſtimat † Ioannes de Platea, *in leg. 2. de Cupreſſ. libr. 11. C.* 16
vt qui non totam arborem cædit, ſed eius partem, in pœnam ar-
boris cæſæ incidere, cuius ſententia ab Vlpiano probatur, *in leg.
7. in fin. arbor. fur. cæſa. in P.*

## De Frugibus furto ſublatis.
### Cap. 7.

1 *Fructus maturos alienos accipiens fur eſt.*
2 *Frugem noctu ſecuiſſe capitale leg. 12. tab.*
3 *Hortum alienum ingreſſus furandi cauſſa qua pœna punitur, & 8.*
4 *Cuſtos pomariorum furatus ex illis quomodo puniatur.*
5 *Fures frugum & hortorum quomodo puniantur.*
6 *Vuas comedere in aliena vinea aliquando licet, efferre non licet impune.*
7 *Equum paſcere in prædio alieno, vel iuxta, quando liceat. Et de famis neceſſitate.*
9 *Sycophantæ vnde dicti.*
10 *Horti Piſiſtrati, & Cimonis incuſtoditi, omnibus communes.*

QVi † fructus maturos tulerit, vel ſegetem maturam diſſecue- 1
rit, & ſibi recipit furandi animo, vt fur punitur, *l. ſi ſeruus ſer-
uum 27. §. ſi oliuam, ad leg. Aquil. P.* ¶ Frugem † aratro quæſi- 2
tam furtim noctu pauiſſe ac ſecuiſſe, puberi duodecim tabulis
capitale erat, quæ ſuſpenſum Cereri necari iubebant, grauiuſ-
que puniri, quam in homicidio compertum: impuberem au-
tem prætoris arbitrio verberari, noxam duplionemve decerni,
auctore Plinio *lib. 18. ca. 3.* ¶ Pro † hiſdem criminibus ex lege 3
Salica, *in leg. Salic. tit. 27. de furtis diuerſ. §. 1.* pœna 600. denar. qui
faciunt ſolidos quindecim. Eademque pœna damnatur. *§. 6. eod.
tit.* qui in horum alienum ingreſſus fuit, vt furetur: vel in rapa-
riam, fabariam, piſariam, lenticulariam Quod ſi ex alieno, *§ 7.
eod.* agro quis cum carro aut equo ſubtraxiſſet 1800. denar. erat
culpabilis, id eſt, ſolid. 45. Si cum dorſo. *§. 8 eod.* abſtuliſſet, 600.
denar. Si pratum, *§ 9. eod.* alienum ſecuiſſet, operam perderet. &
15. ſolidis eſſet culpabilis: ſi iam fœnum in domum ſuam tradu-
xiſſet, 1800. denar. qui faciunt ſolid. 45. Si tantum, *§ 10. eod.* ac-
cepiſſet, quantum dorſo potuit auferre, 600. denarios. Tot-
idem ſi vindemiaſſet vineam alienam, *§ 11. eo* & ſi ex ea vuas tra-
duxiſſet domum ſuã, 1800. id eſt, 4. ſolidos. ¶ Iuſtin. † in legib. 4
ruſticis *tit. 4. l. 3* de his ſtatuit in hæc verba, ἐὰν εὑρεθῇ ὀπωροφύλαξ
κλέπτων ἐν ᾧ φυλάττει τόπῳ, στερείσθω τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ καὶ σφοδρῶς τυπτέσθω,
id eſt, *Si pomariorum cuſtos, in loco cui cuſtodiendo præpoſitus eſt fur-*

*tum feciſſe conuictus fuerit, priuatus mercede, graues ſuſtineto plagas.* Alia, *eo. tit. 4. l. 8.* οἱ τῷ καιρῷ τοῦ θερισμοῦ εἰσερχόμενοι ἐν ἀλλοτρίῳ ἄλακι, καὶ κόπτοντες δεμάτια, ἢ στάχυας, ἢ ὄσπρεια τῶν στερείσθωσαν μαστιγόμενοι id eſt, *Si qui tempore meſſis in alienum fundum ingrediuntur, vt faſciculos, vel ſpicas, aut legumina furentur, plagis affecti, veſtibus exuuntur.* Rurſum, *eod. tit. 4. l. 5.* ἐὰν εὑρεθῇ τις κλέπτων ἀλλοτρίαν καλάμην ἐν διπλῇ ποσότητι παρεχέτω αὐτὴν, id eſt, *Si quis deprehenſus fuerit in furto ſtipulæ alienæ, in duplum reſtituat eam.* Quæ tamen lex dura videtur, ſi pauperes ſtipulam colligant: nam in lege diuina, *Leuit. c. 19.* ſic ſcriptum, *Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ, nec remanentes ſpicas colliges: neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed paupe-*
6 *ribus & peregrinis capienda dimittes.* ¶ Alia † de furtis vuarum & fructuum hortorum ſingularis hæc *in Iuſt. legibus ruſt. tit. 4. l. 9.* οἱ ἐν ἀμπέλοις, ἢ κήποις εἰσερχόμενοι, εἰ μὲν βρώσεως ἕνεκα ὀπωρῶν, ἀθῷοι ἔστωσαν· εἰ δὲ ἐν κλοπῇ φωραθεῖεν, τυπτόμενοι, τῶν χιτώνων στερείσθωσαν, id eſt, *Vineas aut hortos ingreſſi, ſiquidē commeſtionis cauſſa, extra pœnas, indemnes ſunto: ſi vero furari deprehendantur, plagis inflictis veſtibus ſpoliantor.* Huius legis priori parti videtur ſuffragari diuina lex, quæ ita tradit, *Deut. c. 23. Ingreſſus vineam proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum.*

7 ¶ Et † quamuis iure humano non ſemper licitum ſit ingredi fundum alienum, *l. per fundum, de ſeruit. C. c. 1. 1. diſt.* nec equum ſuum iuxta paſcere, *l. Quintus Mutius, ad leg. Aquil. P.* tamen tempore neceſſitatis, & ad pellendam famem, non erit valde reprehenſibile ingredi, & bonis alienis modice vti, *c. diſcipulos, de conſec. diſt. 5.* Nec grandis eſt culpa, ſi quis furatus fuerit, vt eſurientem impleat animam ſuam, *Prouerb. 6.* Et ſi qua vrgeat neceſſitas non ſumma, qui furatur ea mente, vt ſibi ſubueniat, peccat certe, ſed leuius caſtigatur, *c. ſi quis propter neceſſitatem, de fur. ap. Gregor.* at ſi grauius vrgeat neceſſitas, non peccat. *Amariſſimæ leges neceſſitatis abominandæ, & truculentiſſima imperia*, vt ait Valerius Maximus, *lib. 7. c. 6.* Et neceſſitas cogit ad turpia, *vt in l. palam, de ritu nupt. in P.* potiſſimum neceſſitas egeſtatis & famis, quæ cogit etiam bonos furari, vt ex oratione Salomonis colligitur aperte, *Prouerb. c. 30. Mendicitatem & diuitias*, inquit, *Deus, ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria: ne forte ſaciatus illiciar ad negandum te, & dicam, quis eſt dominus? Aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei.* Et certe tempore tantæ neceſſitatis, communia omnia cenſentur, *ca. diſcipulos, de conſec. diſt. 5. c. 1. 42. diſt.* Potuitq; & debuit credere lex, dominū rei, ſi eam nouiſſet neceſſitatem, conceſſurum: qui paſcere fame morientes tenetur iure naturali & diuino, *c. paſce 86. diſt.* Sic, ſi putans dominum permiſſurum, contrectet quamuis rem alienam, excuſatur a furto, *§. placuit, de obligat. quæ ex delict. naſc.* Et quod non eſt in lege licitum, neceſſitas facit licitum, *c. quod non eſt, de*
8 *reg. iur. ap. Gregor. c. 2. de obſer. ieiu. c. quanto, de conſuet.* ¶ † Regis Rhotarii in legibus Langobardorum, *lib. 1. leg. Langobar. l. ſi quis in hortum, tit. de furt*, illa, *Si quis in hortum alterius intrauerit, vel ſalierit ad furtum faciendum, componat ſolidos ſex: nam ſi pro re ſua*
9 *ingreditur, nec damnum fecerit, non ſit culpabilis.* ¶ Iſtrus † in rebus Atticis, non licere cuiquam ſcribit, ex agro Athenienſium natas ibi caricas exportare, vt ſoli loci illius incolæ fruerētur. At cum multi illarum fures reperirentur, factum eſt, vt qui illo coram iudicibus accuſaſſent, Sycophantæ primum ſint dicti, *Athe. libr. 3. dipnoſ. 21.*

10 ¶ Narrat † Theopompus tamen, *lib. 21.* Piſiſtratum mediocriter complexum fuiſſe voluptates: quare neque in villis, neque in hortis conſtituiſſe cuſtodes, ſed volentes ingredi frui concedebat, atque quæcunque vellent, capere. Quod & Cimon poſtea fecit, cum illum imitaretur, *idem lib. 10. Philippica Athenæ. libr. 12. Dipnoſ. c. 15.*

## De Tigno iniuncto. Cap. 8.

Lib. 47. P. tit. 3.

1 *Tigni appellatione quid veniat, eius actiones, & condemnationes.*
2 *Ad exhibendum, & rei vindicationis actiones, quare in tigno iniuncto dantur.*
3 *Ciuitas ruinis non debet deformari.*

1 SI quis † furatus fuerit tignum, vel quod tigni appellatione venit nempe *l. 1. de tig. iniuncto, Caius, l. adeo 6. § appellatione, de acquir. rer. dom. l. tigni 7. ad exhib. l. tigni de verb. ſign.* materiam ad ædificandum neceſſariam: veluti lapides, tegulas, cæmenta, calcem, arenam: vel vineæ neceſſaria, vt perticas, pedamenta, & ſimilia: & ea ſciens aliena, ædibus ſuis vel vineis iunxerit ex lege duodecim tabula. tenetur hac actione de tigno iniuncto, per quam qui ita dolo molo iunxit aliena ſuis, condemnatur in duplum, vt ait Vlpianus, *l. 1. de tigno iniuncto, P. l. gemma, ad exhib.* Præterea & ad exhibendum agitur, rei vindicatione, & condictione furtiua actione furti, *glo. in l. in rem 23. §. tignū, in ver. deſcendit, de rei vindi. P. vbi explicantur illæ actiones, & gloſſ. in l. 1. in verbo, ad exhibendum, de tign. iniuncto glo. in § cum in ſuo, in verb. de tign. iniuncto. de rer. diuiſ.* Non tamen vt cōtra bonæ fidei poſſeſſorem, quia hoc non licet, ſed veluti contra eum, quia dolo deſierit poſſidere: quod & firmat Paulus, *l. in rem 23. §. tignum, de rei vind. P. l. qui res ſuas 98. §. fin. de ſolut. P.* Vindicatio tamen, vel ad exhibendum non datur in eum, qui ignorans tignum alienum, ſuæ rei iunxerit: ſed in duplum tantum de tigno iniuncto, teſte Caio & Paulo, *in l. adeo 7. § cum in ſuo, de acq. rer. dom. P. Paul. in d. §. fin. l. qui res, & in d. l. in rem, §. tignum.* ¶ Porro † hæ 2
actiones, ad exhibendum, & rei vindicationis, non competent quando dantur hic, niſi ad effectum iuramenti in litem, & ad æſtimationem eius, quod ſingulariter intereſt, *gloſſ. fin. iuncto textu, in leg. qui res ſuas, in fin. de ſolutio. P.* ¶ Solui † enim lex duo- 3
decim tabul. vetat, & demoliri inde ædificata, *in proxim. cita. legibus, & §. cum in ſuo, de rerum diuiſ. apud Iuſt. Paul. leg. gemma 6. ad exhib. P.* in publicæ vtilitatis fauorem: ne ruinis deformis fiat ciuitas, vt ait Vlpianus *in leg. fin. ne quid in loc. publ. P.* quod ne fiat, & interdictis, & Senatuſconſulto vetatur, *l. prætor 20. § hoc interdictum, in 2. de oper. no. nunc. P. l. 2. §. ſi quis nemine, ne quid in in loco publ. P. & l. 2. de ædif. priua. C.* Neue alienentur etiam a dominis ea ratione, quæ ſublata ædes deformes & ruinoſas facerent, Senatuſconſulto Amola & Panſa Conſulibus facto, *l. cetera 41. de lega. 1. l. ſenatus, de contrah. emt. in P.*

## De Expilatoribus hereditatis. Cap. 9.

Lib. 9. C. tit. 32. Lib. 47. P. tit. 19.
Et de expilatoribus, tit. 18.

1 *Expilatæ hereditatis actio quæ, & quando competat, & 2.*
3 *Vxor non conuenitur tali actione, quæ ſubſidiaria eſt, & eius pœna ciuilis, num. 4. & 5.*
6 *Heres ſubtrahens ab hereditate familiæ erciſcundæ iudicio tenetur.*
7 *Ex hereditate ſubtracta etiam per tormenta inquiruntur.*
8 *Expilatæ hereditatis crimen publicum non eſt, tamen pœna criminalis.*
9 *Latrones itinerum expilantes viatores, habent iudicium publicum, acrius puniuntur, & qualis eorum pœna in Gallia, 10. 11. & 12. & de quibuſdam latronibus, nu. 13. & 14.*

ANte † aditam hereditatem, illa iacente, plerumq; fiunt ex- 1
pilationes & ſubtractiones rerum eius. Hereditati tunc furtum fit, quæ pro domina eſt, agere tamen illa ciuili iure non poteſt: vnde ex prætoris æquitate opus fuit ea de re caueri, *l. 1. ſi quis teſta. liber. eſſe iuſſ. fuer. lib. 47. P. tit. 4.* Competitque tātum tunc actio hæc, quando furti agi non poteſt defectu poteſtatis, quia ante aditam hereditatem furtum factum eſt, vel quidem poſt aditam, ſed nondum adepta poſſeſſione per heredem, *l. 2. de crim.* 2
*expil. hered. d. lib. 47. P. tit. 19.* ¶ Rei enim † quæ dominum non habet, furtum non fit. Proinde exſiſtente eius generis hereditate, nec furtum proprie ei fit, *l. fi. eo. iunct. l. falſus, §. qui alienum, de furt. in P. l. 1. § Scæuola, d. tit. ſi quis teſta. liber. &c. l. hereditariæ,* 3
*70 de fur. in P.* ¶ Quod † pertinet tamen ad facti ſubſtantiam, vere furtum eſt: ideo vxor defuncti, hac actione, ſi quid a mariti hereditate ſubtraxerit, conueniri non poteſt, in reuerentiā præcedentis matrimonii, *Hermog. in l. vxor, 5. hoc tit. in P. l. 4. 6. eod. l. quamuis, C. de furt. l. heres viri, de negot. geſt. in P. l. 1. rerum amot. P.* ſed ad exhibendum actione, vel petitione hereditatis, *l. contra nurum, §. fi. eod.* Ceteræ autē perſonæ, quibus reuerentia ea non defertur, recte conueniuntur, *l. 2. & 3. C. de crim. expi. her.* ſi aliud 4
remedium non datur. ¶ Eſt enim † hoc ſubſidiarium loco deficientis actionis, *l. fi. C. eod.* Et ideo hoc crimen expilatæ hereditatis ſuccedit in locum actionis furti, vt extra ordinem puniatur arbitrio iudicis pro modo admiſſi *l. 1. & l. diuus, 3. eo. P.* Colligoq; ex Vlpiano, qui de hoc loquens, *Cum*, inquit, *furti agi non poteſt, ſolum ſupereſt auxilium præſidis, Vlp. l. 2. eod. P.* ¶ Dupli † in fa- 5
ctum actione tamen ſolet coercere prætor calliditatem & proteruitatem eorum, qui hereditatem depopulantur, *le. 1. § hæc autem actio, ſi quis teſt. li. eſſe iuſſ. fuer.* ſi dolo malo verſati fuerint: nam ſi qua culpa eorum res perierit, actio Aquiliæ legis competere po-

re poteſt, *d. §. hæc autem actio.* Sicuti ſi ordinario iure quis agere
velit, poteſt a poſſeſſoribus hereditatis res petitione ea petere, *l.*
6 *3. & ibi glo. eo. tit.* ¶ Et † ſi coheres ſuppilet, alia exſpectanda actio
eſt, familiæ erciſcundæ, vt in diuidunda hereditate, adiudicatio-
nibus damnum reſarciri poſſit, *l. aduerſus 3. famil. erciſc C. & ibi*
*Bal. videndus.* Et qui communem rem contrectat, non furti ani-
mo, ſed veluti iure ſuo vtens, contrectare videtur, *l. merito pro ſoc.*
Datur itaque iudicium ordinarium, & actio vtilis familiæ erci-
ſcundæ tantum, ſi putans ſe heredem accipiat, *Paul. in l. inter co-*
7 *heredes 45. §. fructus, & ibi glo. famil. erciſc. P.* ¶ Fit † autem in per-
quiſitione rerum hereditatis ſubtractarum ſeueriſſima indaga-
tio, etiam per tormenta ſeruorum: quod fieri non ſolet in aliis
quæſtionibus pecuniariis, vt ait Iulius Paulus, *libr. 5. rece. ſentent.*
8 *tit. 17. de teſtib. §. fi.* ¶ At † quod ad extraordinariam pœnam per-
tinet, crimen hoc expilatæ hereditatis, accuſationem quidem
habet, ſed tamen publicum non eſt, *Vlpi. l. 3. de extraord. crim. P.*
Dicta pœna expilatoribus, vt in opus publicum perpetuum, vel
temporarium dentur: honeſtiores ordine ad tempus mouean-
tur, vel patriæ fines iubeantur excedere, vel alia ex arbitrio iudi-
cis concipienda, quia nulla eſt certa pœna impoſita a lege, *l. 1. de*
*effractor. lib. 47. P. tit. 18.* vt ait Vlpianus, qui & expilatores atro-
ciores dicit eſſe fures, *d. l. 1.* Verumtamen ego expilatores here-
ditatis, eſſe quidem inter ſpecies expilatorum fateor: at pœnas
proxime allatas, potius ad λωποδύτας pertinere arbitror, qui in
vicis vel in viis viatores veſtimentis vilibus quibuſque & pre-
tioſis exuunt, *brigandos* vocāt graſſatores Latini, & latrones præ-
dones, piratas, quorum pœna grauior furum, *l. capitalium, §. fa-*
*moſos, & §. graſſatores, de pœn. in P.* de quib. Cælius Rhodiginus,
*lib. 22. c. 17.* & Alciatus *lib. 2. præterm.* Locum tamen eadem pœ-
na habere poſſet, ſi vſque adeo ſuppilata fuerit hereditas, vt ina-
nis pene fuerit reddita: quod & indicat nomen expilationis, nempe
vt res omnes vſque ad viliora veſtimenta fuerint ſublatæ. ¶ Nec
9 dubitarem † aſſerere, publicum eſſe iudicium latronum obſi-
dentium vias, etiam ſi non iugulent homines, ſed exſpolient
tantum, & prædentur, & ii furca ſuſpendi debent, *l. capitalium, §.*
*famoſos, & §. graſſatores, de pœn. in P. auth. ſed nouo iure, de ſeru. fu-*
*git. C. Boerius, q. 174. num. 2.* Proſequuntur enim hos leges ma-
xime, vt nec feriarum cauſſa ab illorum iudicio quieſcendum ſit:
vt de latronibus ſeu prædonibus Bucellariis & Iſauricis monent
Cæſares, *l. prouinciarum, C. de feriis, l. fin. ad leg. Iul. de vi publ. C.*
Quibus ſimiles inſignis pernitiei dicit Harmenopolus, ἅπαγας
φονεῖς καὶ οὓς χοσιαείυς φάσιν, latrones homicidas, & quos vocat *Cho-*
10 *ſiarios.* ¶ Acrius † autem puniuntur, vt commercia libera ſint,
nec latronibus intercipiantur itinera. *Et publice vtile eſt*, inquit
Vlpianus, *l. 1. §. 1. de iis qui deiecer. libr. 9. P. tit. 3. ſine metu & peri-*
*culo per itinera commeari & iter facientibus proſpici.* ¶ Conſtitu-
11 tio † Franciſci I. regis Galliarum anno Domini 1534. menſe Ia-
nuarii ſtatuit, excurſores ſeu expilatores, dicimus *Voleurs* aggreſ-
ſores inſidiatores vel graſſatores itinerum, apprehenſos & con-
uictos, condemnari pœna illa acerba quæ obſeruata: vt malleis ma-
nus quælibet, & pedes & coxæ, & renes frangātur viuis, demum
rota ſublati, reſupini, in ea membris ita diſſectis & contuſis ex
trunco corporis miſere pendentib. conſtituantur, victuri quan-
diu Deus permiſerit, agentes pœnitētiam cōmiſſorum. Eiſdem
pœnis impoſitis iis, qui aliquomodo ita laborantibus in crucia-
tu ſubueniſſent, eoſve vel cibo vel medicaminibus iuuiſſent.

12 ¶ Sunt † & de his expilatoribus Henrici II. edicta & ſanctio-
nes quibus & ſummarie & de plano iudicium latrunculatorib.
& iuridicis præſidialibus conceditur, citra remedium appella-
tionis. Lex Salica pœnam imponit expilatoribus iſtis, pecunia-
riam quidem, ſed grauem tamen, habita ratione eius ſeculi, quo
crimina atrociora vix morte plectebantur. Eius hæc verba, *in l.*
*Salic. tit. 20. de vulner. §. 10. Si quis alterum aſſalierit in via, & eun-*
*dem raubauerit, malberg Chaeroeno 1200. denar. qui faciunt ſolidos*
*30. culpabilis iudicetur.* Et iterum, *in dict. tit. §. 11. Si quis alterum in*
*via aſſalierit, & ſpoliare tentauerit, & ille fuga euaſerit, malberg moſ-*
*do 1200. denar. qui faciunt 30. ſolid. culpabilis iudicetur.*

13 ¶ Refert † Pauſanias *in Corinthiacis*, in Iſthmo fuiſſe inſignem
latronem, Schinnin nomine, vel ſecundum Euripidem, *in Hip-*
*pol. actu. 4.* Sinnim, qui cum aliis ſociis obſidebat viam, qui ex
Trœzene Athenas ducit, & hunc cæpiſſe Theſeum, & duabus
piceis flexis arboribus alligatum, in ſe redire permiſſis & laxatis,
viuum dilaniaſſe, & ſic viam infeſtam a latronibus tutam reddi-
14 diſſe. ¶ Fuit † & Sceiron quoque alius latro Megarenſium ty-
rannus, qui captos viatores cogebat ad lauandos ſibi pedes, quos
deinde mactatos teſtudini marinæ in eſcam obiiciebat, eodem
ſupplicii genere a Theſeo exſtinctus, vt aliquibus placet, *Plutar-*
*chus in vita Theſei.*

## De Furtis perpendendis ratione perſonæ, quæ furatur, & a qua accipitur.

### Cap. 10.

1 *In furto puniendo perpendenda perſona furum, 3. & ſeq.*
*Senatuſconſultum de non accuſandis latrocinii ſenatorii ordinis hominibus, eod. & 2.*
4 *Pœna furantis in exercitu.*

AD † pœnam conſtituendam pertinet perſonarum conſide- 1
ratio, & eorū qui furati ſunt, & a quib. furati ſunt, *l. Pædius, de*
*incen. rui. nau.* vt in aliis criminibus quoq; ſeruatur, *l. moris eſt, 9. §.*
*ſed enim, & l. in ſeruorū 10. l. capitaliū 28. § nam omnes, & §. fi. de pœn.*
*P.* Atq; ædile Agrippa, anno vrbis cōditæ 720. ſub Octauio Cæ-
ſare Senatuſconſultum factum, ne quis ſenatorii ordinis latroci-
nii cauſſa in ius vocaretur: eoque tamen huius criminis impuni-
tate & in poſterum eorum maleficiorum licentia permiſſa eſt, vt
ait Dio Caſſius, *lib. 49. hiſtor.* ¶ T. Iunius † prætor etſi ſeruili 2
probro inde conſperſus ſit, quod ſcyphum aureum in conuiuio
Claudii Cæſaris ſurripuiſſet, tamen a Claudio furti damnatus
non eſt: ſed poſtera die in conuiuium cum aliis iterum admiſſus,
Soli omnium Iunio, fictilibus miniſtrari iuſſit, vt auctor Corne-
lius Tacitus, *lib. 17 annalium.* ¶ Leges † duodecim tabul. *Gell. lib.* 3
*11. ca. 18.* ex manifeſtis furibus liberos verberari addicique ei, cui
factum furtum fuiſſet, ſi modo id luci feciſſent, nec ſe telo de-
fendiſſent, ſtatuerunt. Seruos autem furti manifeſti prehenſos,
verberibus affici, & e ſaxo præcipitari: pueros impuberes præ-
toris arbitrio verberari, noxamque ab iis factam ſarciri. *Et in*
*ſumma*, inquit Plato, *Dialog. 12. de legib. lex aliquando ex eodem*
*furto alium alio ſeuerius punit: non ratione quantitatis furti, ſed quod*
*alter ſit inſanabilis, ſanabilis alter.* Proinde etiam qui ſæpius cri-
men hoc admiſit, grauius puniendus eſt, *l. capitalium, §. ſolent, de*
*pœn. in P. l. 3. de pat. pot. C. de re aliena celata ſæpius, in l. quicunque*
*4. de ſeru. fugit. lib. 6. C. tit. 1.* ¶ Et † ſcriptum apud Florentinum 4
lib. 4. M. Catonem memoriæ prodidiſſe, in furto deprehenſis
inter commilitones, dexteras eſſe præciſas: aut ſi leuius animad-
uertere voluiſſent principes, ſanguinem miſſum. Plura alia de
perſonis annotare licet, ex his quæ in ſuperioribus retulimus,
percurrendo variarum gentium de furtis leges. Ex quibus & iſta
pauca in hoc caput monitionis cauſſa conieci.

## De crimine Rerum amotarum.

### Cap. 11.

Lib. 25. P. tit. 2. Lib. 5. C. tit. 21.

1 *Rerum amotarum actio quæ, & pro quibus, & ſeq.*
*Et quare vxor in maritum actione furti non agat, nec econtra, eodem.*
2 *Rerum amotarum actio quas habeat alias affines, pro quibus detur, quibus & quando 3 & 4.*
5 *Furti quando agit in coniugem coniunx.*
6 *Vxor vel maritus quando amouiſſe res coniugis dicitur.*
7 *Amotarum rerum actione quid conſequatur.*
8 *Amotis rebus a coniuge quando detur actio de peculio in patrem eius.*
9 *Iuramentum delatum furi referri non poteſt.*
10 *Compenſatio poteſt obiici a conuento actione rerum amotarum.*

AD † diſtinctionem perſonarum maxime pertinet, rerum a- 1
motarum tractatus: in quem, quia ſocietas vitæ & commu-
nicatio diuini & humani iuris eſt inter coniuges, *l. 1. de rit. nupt.*
*in P. l. fi. §. 2. ad municip. P. l. vxor, de crim. expil. hered.* reiicimus a-
ctionem furti pro rebus ſubtractis, amotis, celatis conſumtis vel
a marito vxori, vel ab vxore marito. Quia furtum proprie nō eſt,
vel ſi ſit, vt in rei veritate eſt, *l. penult. rer. amot. P.* furti non datur
actio turpis, in honorem matrimonii tranſacti, *l. 1. & 2. eod. l. ad-*
*uerſus, C. de crim. expil. hered. l. quamuis 17. C. de fur. l. ſi quis vxori,*
*53. eo. ti. P.* ¶ Nec † hic ſexus inſpicitur vtriq; namq; hæc actio da- 2
tur, *Marc. l. 11. rer. amot. in P.* Et quia pēdet hæc actio amotarum
rerum furto, non vtuntur conuenti amouentes præſcriptione,
ne conueniantur vltra quam facere poſſunt, *Paul. l. ſi cum mu-*
*lier 21. §. fi. eod.* Condictio tamen dirigetur in perſonā amouen-
tis, *Caius l. rer. amot. 26. eo.* vt ideo non infamet, exemplo aliarum
condictionum, *l. ceſſat 35. de act. in P.* Concurrit tamen & vindi-

catio, ſi ea velit agere, cui amotæ res propriæ ſunt, *Vlp. l. ob res amotas 34. eo.* & perſecutoria eſt, ideo perpetua non annalis, & heredibus competens, *Paul. l. ſi cùm mulier 21. §. hæc actio. eod.* & in heredes, *l. contra 6. §. fi. eod. P. l. fin. C. eod.* quantum in eos peruenit: neque pœnalis eſt, quia competit tantum in ſimplum amo-
3 tarum actio, *Hermo. l. ad fiſcum 16. eod. P. l. 2. C. eod. 17.* ¶ † Verum hic obſeruandum eſt hãc rerum amotarum actioně dari, quando pendente matrimonio res ſurreptę ſunt: nam ſi poſt ſolutum matrimonium vel morte, vel diuortio, alter coniugum ex bonis eius, qui fuit coniunx rapiat, furti etiam actio dabitur, vt ait Paulus *l. 3. eod. P.* Nam ceſſat ratio priuilegii, ideo & priuilegium: & ideo ſi concubina ſurripiat, vel concubinæ quippiam contrectetur, furtum fit, vt & ſi matrimonium illegitimum ſit: & ideo actio competit furti ex Vlpiani reſponſo, *l. ſi concubina 17, rer. amot. in P.*

4 ¶ Dehinc † & obſeruandum, neque dari actionem hanc rerum amotarum, pro rebus matrimonio pendente ſurreptis, ſi adhuc duret matrimonium: verum tunc temporis, agi poteſt cõdictione, pro rei amotæ repetitione: vel de damno in factum, *l. 2. C. eod. Martia. l. rerum quidem amotarum 25. eod. P.* Ideo ſi ſoluto matrimonio diuortio, agi cœptum ſit rerum amotarum, redintegrato matrimonio ſoluitur hoc iudicium, *Pap. in l. fin. eo.* & reſtituitur diuortio renouato, *Africa. in le. redintegrato, 23. eod.*
5 ¶ Verum † ſi pendente matrimonio, rem ſuam extraneo commodauerit coniunx, & ab eo alter ex coniugibus furetur: furti actio a commodatario recte in furantem inſtituetur, etſi ſit coniugis, *Paul. l. ſi vxor rem viri 38. eod. tit.* Non tamen ſi extraneus alteri ex coniugibus rem commodauerit, & alter ex ipſis illam ſurripuerit, is cui commodata eſt, furti in amouentem aget, *l. ſi. §. fin. C. de furt.* quod variat ob perſonam diuerſam eius qui agit. Porro in hac coniugum conſideratione ſufficit matrimonium duraſſe, nec intereſt, num ſimul coniuges habitauerint, vel ſeorſum, *Vlp. l. nihil intereſt 15. rer. amot. P.* Si tamen ſeruus coniugis furtum coniugi fecerit eius ſerui nomine, furti teneri placuit coniugem alteri. Item & eum, qui conſilium vxori furandi dederit, *l. 3. §. 1. rer. amot. P. & l. ſi quis vxori 53. de furt. P. §. interdum. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Verum ſi iuſſu vxoris ſeruus furatus, erit actio amotarum rerum in vxorem, *Paul. l. ſi cum mulier 21. §. 1. rer. amot. P.* ſi ſine ſcientia dominæ, non tenebitur ea in plus quam in ſeruum, ſi eum pro noxa det, *d. l. ſi cum §. at ſi.*

6 ¶ Amouiſſe † dicitur coniunx coniugis res, & veluti furata, ſi mulier, cum conſilium diuortii caperet, amouit, ſi nupta amouit, & diſcedens celauerit, *l. ſi concubina 17. §. 1. rer. amot. in P.* ſi de viri vita deſperans rapuerit, *d. l. ſi cum mulier.* Si tamen amouit cauſſa mortis quæ ſecuta eſt ab heredib. mariti alia actione conuenitur vel petitione hereditatis, vel ad exhibendum, *l. ſi propter res amotas 22. §. fi. eod. P.* Tenetur & amotarum actione rerum, ſi opem furanti præſtiterit vxor, *Marc. in l. ſi rem quam maritus, eod.* Et pro rebus amotis exſiſtentibus, & quæ eſſe deſierint poſtea, & pro iis quæ pignoris loco erant penes maritum. *d. l. ſi concubina, §. fin.* Item, pro his quæ diuortii tempore mulier comederit, vendiderit, donauerit, aut qualibet ratione conſum-
7 ſerit, *l. 3. §. item verum, eod.* ¶ Venit † in hanc actionem rerum amotarum, repetitio non ſolum rerum, ſed & damni reſarcitio, facti in rebus amotis, & repenſio commodi amiſſi ex iiſdem, *l. ſi cum mulier. §. rerum amotarum, eod.* Sic inſpicitur in æſtimatione rei quanti fuerit res amotionis, & quanti poſtea plurimi, *Triph.*
8 *l. pen. eod. P.* ¶ Daturque † actio de peculio in patrem, ſi filiafam. amouerit, agentique patri pro dotis repetitione exceptio obiicietur, donec in ſolidum ſatisfecerit amota, vel cauerit, ſi viuat filia: ea autem mortua, in patrem dabitur actio tantum, in quantum fuerit factus locupletior, *l. 3. § ſi filius famil. rer. amot. P.* & in quantum in eum peruenerit vel peruenire potuit, *leg. 4. eod. tit.* Quod & in filiofamil. amouente ab vxore dictum ſit, vt detur actio in patrem de peculio, *l. 4. §. item cum.* Sed & placuit Bartolo, poſſe etiam iudicem, vt in aliis arbitrariis actionibus, pœnam aliquam, ſi quid illum moueat, aduerſus amouentem ſtatuere, *Bar. in l. 1. num. 4. eod.*

9 ¶ Quod † ſi is, qui amouit, noluerit reſtituere, ſtatuunt iura ei cui amotæ ſunt, dare iuramentum in litem, pro æſtimatione, *Pomp. l. ſi cum dos 8. §. fin. rerum amot.* ne cogatur dominus arbitrio amouentis res ſuas vendere, *Paul. l. non enim 9 eod. l. ſi tutor 8 de in lit. iuran. P. leg. ſi filiofamil. in 1. §. 1. ſolut. matrim. P. l. nec quaſi, de rei vindic. in P.* Multo magis & ſi is qui actionem habet, velit deferre iuramentum, vt iuret ſe non amouiſſe, illud deferre poterit, nec is cui defertur, non ſecus quam in furtis referre poterit, *l. Marcellus, §. 1. & fin. cum ll. ſequen. rer. amot. P.* Heres tamen amouentis iurare non tenetur, *dict. leg. Marcellus, §. is ergo.* quia factum hoc alienum eſt, *l. videamus, §. 1. de in lit. iuran. P. l. delata, C. de iureiur.* quod ignorari iure poteſt, *leg. ſi iure ſuo, in P.* ¶ Sed tamen, † ſi is qui conuenitur rerum amota- 10
rum actione, habet alias actiones contra agentem, nihil prohibet quin pro amotis obiicere poſſit compenſationem, *leg. cum mulier 7. rer. amot. P. l. 1. C. eod.*

## De Furtis, & furibus Domeſticis. Cap. 12.

1 *Furta domeſtica quæ dicantur.*
2 *Domeſtica leuia delicta quare publice non vindicantur: alia grauia, contra.*
3 *Fures domeſtici in Gallia ſuſpenduntur, & eorum adiutores.*

FVrta † domeſtica vocantur, quæ ſerui dominis, liberti patro- 1
nis, vel mercenarii iis apud quos degunt ſurripiunt, *leg. reſpiciendum 11. §. furta domeſtica, de pœn. P. l. fin. §. ſane, de iis qui ad eccleſ. confug.* Hæc ſi leuiora ſunt, publice vindicanda non eſſe, neque admittendam horum accuſationem reſpõdit Marcellus, *dict. §. furta.* ¶ Furta † tamen ſunt: nam & Mercenarius & ſerui
& filii facere furtum domino, patri, & dominis dicuntur, & li- 2
bertus & cliens patrono: verum cum iis furti non agitur, quando illud verum eſt, quod Vlpianus addit, *l. ſi libertus patrono 91. le. ſerui & filii 17. de furt. in P. §. hi qui in parentum, de obligat. quæ ex delict. naſc. Neque enim*, inquit, *qui poteſt in furem ſtatuere, neceſſe habet aduerſus furem litigare.* Poteſt autem ſtatuere, ſi de leui caſtigatione agatur, pater in filios *l. vnic. de emen. propin. lib. 9. C. tit. 15.* & dominus in ſeruos, *leg. vni, de emend. ſeruor. lib. 9. C. tit. 14. l. locum 21. §. ex eo, de vſufr. P. l. 1. & 2. §. fi. de his qui ſunt ſui vel alien. iu. in P. l. etiam, §. licet, ſol. matrim. P. l. qui ſeruum 96. de verb. oblig. in P. cum ſimil. l. fi. an ſeru. ex ſuo fac. conue. poſſ. C.* vt & magiſter in diſcipulos, *l. item quæritur, §. Iulianus, loca. in P.* Exſtat lex Wiſigothorum ſimilis in hæc verba, *l. 21. de furt. lib. 7. C. Wiſig. tit. 2. Si ſeruus domino ſuo vel conſeruo aliquia inuolauerit, in domini poteſtate conſiſtat, quid de eo facere voluerit: nec iudex in hac re ſe admiſceat, niſi dominus ſerui fortaſſe voluerit.* ¶ Et congruentius viſum eſt, domeſtica delicta priuatim coerceri, quam publice: niſi grauior ſit cauſſa & contumacia, quæ publicam animaduerſionem exigat, *d. l. 2. & 4. de pat. pot. C.* Vt ſi animo deliberato & doloſe qui ſeruit, in re domeſtica verſatur aliena: Nam cum de damno agitur, culpam in damno dato ab eo qui nobis bona fide ſeruit, exigere debemus grauiorem, nec tam leuem quam ab extraneo, vt ait Modeſtinus, *l. homo liber 54. de acquir. rer. dom. libr. 41. P. tit. 1.* Et de hoc furto pauca etiam tradidimus, dum de extraordinaria furum pœna egimus.

¶ Accedit, † quod vix tuta futura ſit domus, niſi ſerui cum 3
periculo capitis ſui, dominum & ab extraneis & domeſticis cuſtodiant *l. 1. ad Senatuſc. Sylla. in P.* Et proditionis ſpeciem habet crimen furti, quod a domeſticis committitur, & a famulis quibus omnia committimus: & grauius ideo puniendi non ſolum cum facto nocent, ſed etiam ſi funeſta voce dominum velint accuſare: nam & id tentantibus, ſtatim gladio vltore ſilentium ab initio imponitur, *l. ſi quis ex familiaribus 20. de iis qui accuſar. non poſſ. lib. 9. C. tit. 1.* Nec peſtis capitalior eſt, familiari inimico, *c. ſi inimicus 93 diſt. ca. quibus 13. quæ. 2. l. fratres, C. de inof. teſtamen.* Si quidem clandeſtinis ac domeſticis fraudibus, facile quiduis pro negotii oportunitate fieri poteſt, *l. data iampridem 27. de donatio. C.* Quare & in Gallia, furum domeſticorum pœna, ſuſpenſio eſt, *Pap. lib. 23. rapſo. areſto. tit. 6. ar. 2.* Sic Ioannes Faber ait: *in §. alia deinde, de publ. iudic. Quod ſeruitor & familiaris ſuſpenditur pro primo furto, extraneus non: & ſi extraneus iuuerit familiarẽ, vterque eſt ſuſpendendus.* Refert Ioan. ab Imola, laqueo fuiſſe ſuſpenſum famulum, cui dominus pecuniam tradiderat, vt alteri mutuaret, ipſe autem in ſuos vſus conuerterat: pro quo dicit ſe fuiſſe aduocatum, *Ioan. ab Im. in l. ſi tibi dederim, de don. P. & in l. Caſſius, de ſolut. P.* Et ita fuiſſe ſæpius iudicatum Igneus, *in l. 1. num. 91. ad Syllan.* & Iaſon, *in l. eius qui, § quas vero, num. 7. ſi cert. pet. P.* vide *Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. furtum, nu. 22.*

## Obſeruanda quoque eſſe Loca, vbi & vnde furta fiant docetur. Cap. 13.

1 *Loci conſideratio in delictis pœnam auget vel minuit.*
2 *Furantes ex publico loco grauius puniendi.*

3 Balnea-

*3 Balnearii fures extra ordinem puniendi.*
*4 Lauare ſe in flumine publice reprehenſibile & turpe viſum.*
*5 Campo, nauta, quomodo de furto in hoſpitio facto tenentur.*
*6 In Molendino aliquid furatus qua pœna plectebatur.*
*7 Ex Horreis furatus triticum, qua pœna puniatur.*
*8 Militare ſacramentum de non furando.*

1 POEna † ratione loci acerbior eſſe, vel leuior ſolet: nam grauius qui ex ſacro loco furatur, quam qui aliunde punitur, vt in ſacrilegio docuimus.

*Nec vincet ratio hoc*, Horat. lib. 1. Satyr. 3. *tantundem vt peccet, idemque.*
*Qui teneros caules alieni fregerit horti,*
*Et qui nocturnus ſacra diuum legerit.*

¶ Grauius † quoque qui ſepulcra ſpoliant, vt docuimus. Fu-
2 res qui ex palæſtra, balneis, foro, alioue publico ſubtraxiſſent,
Ariſtoteles maiori pœna affectos ſcribit, *problem. ſectio. 29.* quam
ſi ex priuata domo: Nam iſti in duplum rei ſurreptæ, illi morte
plectebantur. Teſtis & Demoſthenes *contra Timocratem*, Athenis morte puniri ſolitos, qui ex gymnaſiis, portibus, aliiſque locis publicis, res etiam viliſſimas ſubtraxiſſent. ¶ Fures † balnea-
3 rios extra ordinem puniendos eſſe, reſpondit Vlpianus, *leg. 1. de furibus balnear. lib. 47. P. tit. 17.* & Paulus in eo milites deprehenſos, cum ignominia mittendos, *Paul. in l. fin. eod. tit.* Sunt enim ii fures aſtutiſſimi, ideo ob conſilium delinquendi magis deliberatum puniendi: fieri enim non poteſt, vt immedicabiles & obſtinati non ſint, qui conſiliũ de furando capientes, conſcientiæ naturalis ſtimulis admoniti, tamen eo peruenerunt, Plautus in Rudente, aſtutos hos fures docet, dum ait,

*Etiam qui it lauatum in balneas,*
*Ibi cum ſedulo veſtimenta ſeruat, tamen ſurripiuntur.*

¶ Exſtat † lex Luithprandi regis Langobardorum, *leg. annun-*
4 *tiatum eſt nobis. de iniuriis, lib. 1. leg. Langob.* qua qui lauantis mulieris ſe in flumine, omnia veſtimenta ſubtraxerit, vt ea ibi nuda ſit, iubetur componere 900. ſolidos, pro guidrigil, ne incidat in faidam, id eſt, inimicitiam, vt poſſit occidi a proximis mulieris. Videntur tamen Cæſares has vt turpes lauationes in fluminibus publicis, & inhoneſtas more pecudum, merito ſuſtuliſſe a
5 conſpectu hominum, *l. cum ſupra. de re milit. C.* ¶ Aduerſus † capſarios quoque, qui mercede in balneis ſeruãda veſtimenta ſuſcipiunt, iudex eſt conſtitutus præfectus vigilum, vt ſi quid in ſeruandis veſtimentis fraudulenter admiſerint, ipſe cognoſcat, *Paulus, l. 3. §. fi. de offi. præf. vigil. lib. 1. P. tit. 5.* Si in caupona vel naui furtũ fiat, vel in ſtabulo. caupo, nauta, ſtabularius pro ſe & ſuis furti nomine cõuenitur, ratione rei cuique eorum cõmiſſæ, *l. 1. §. 1. & fi. & l. 2. 3. 4. 5. nau. caup. ſtab. lib. 4. P. tit. 9.* Si mantica ſeu pera vel hippopera, vocant valiſam, ſignata vel cõcluſa detur cauponi, & poſtea reſignata ſeu aperta reddatur, vel quippiam ſurreptum ex illa dicat, hoſpes furti in cauponem agit. In quo & variant ſententiæ: ſed receptior æquiorque eſt, quod ſtatur iuramento hoſpitis, dicentis aliquas res fuiſſe in hippopera quæ furto fuerint ſublatæ, *Iaſ. l. in actionibus, num. 41. de in lit. iu. Pariſ. conſ. 74. num. 11. Diaz. reg. 186.* Et Iulius Clarus hanc, *libr. 6. ſenten. §. furtum, num. 27.* ſententiam ſequendam ait in praxi, propter perfidiam & naturam furaciſſimam hoſpitum: quamuis alii, *vt Bart. in leg. 1. §. 1. num. 5. ſi famil. furt. feciſſ. dica.* dicant, iuramentum non ad condemnationem, ſed ad torturam dandam familiaribus & domeſticis cauponæ ſufficere. Addit & Clarus in hoc caſu, vt ſit locus iuramento, neceſſarium non eſſe, vt hoſpes aperuerit hippoperam cauponi, vt inde ſcierit caupo quid ea contineretur, quicquid dixerit glo. in l. 1. §. fin. in ver. in naui, nautæ, caupon. ſtabul. P. Quia illa gloſſ. communiter reprobatur, *Iaſ.*
6 *in d. l. in actionibus num. 43.* ¶ In † legibus Salicis, *tit. 25. de furt. in molen. commiſ. §. 1.* *Qui alienam annonam in molendino ſeu piſtrino furatus fuerit molinario ſeu polintori, 600. denariis, qui faciunt ſolid. 15. Et ei cuius erat, totidem culpabilis iudicetur: excepto capitali & delatura.* De hinc alia *eod. tit. §. 3. Si in alieno molendino quis furetur ferramentum. 1800. denariis, qui faciunt 45. ſolid. culpabilis iudicetur.* In legibus Wiſigothorum & hæc, *l. 12. de furibus, libr. 7. C. de leg. Wiſigot. tit. 2. Si quis de molinis aliquid inuolauerit, quod furatum eſt, reſtituat, & inſuper componat, ſicut de aliis furtis*
7 *lege tenetur, & vltra hoc centum flagella ſuſcipiat.* ¶ In † legibus ruſticis, *Iuſtin. in legib. Gregor. tit. 4. de furt. l. 12.* ἐν ὡρείῳ εὑρισκόμενος κλέπτων τὸν σῖτον, εἰ μὲν ἅπαξ, τυπτέσθω μάστιξιν ἑκατὸν, καὶ τὸ ἀζήμιον τῷ κυρίῳ τοῦ σίτου ποιείτω. εἰ δὲ ἐκ δευτέρου φανῇ τοῦτο ποιῶν, τυπτόμενος, ἐν διπλῇ ποσότητι ζημιούσθω τὸ κλέμμα, εἰ δὲ ἐκ τρίτου τυφλούσθω, id eſt, *Qui in horreis frumentũ furari deprehenſus eſt, prima vice poſt centũ plagas acceptas domino damnum furtum paſſo ſarcito. Si iterũ deprehenſus fuerit, poſt plagas, in duplum damnum reſarcito. Si tertio furtum reiteret, luminibus priuator.* ¶ Singularibus † verbis conceptum 8
*Gellius, lib. 16. c. 4.* etiam fuit iuſiurandum, de furtis militaribus ſanciendis: *in exercitu, decemque millia paſſuum prope, furtum non facies dolo malo, ſolus nec cum pluribus, &c.* Et in legibus militaribus Iuſtiniani Græcis, l. 37. furantes in caſtris, ſi quidem arma ſubtraxerint, acriter verberantur: ſi vero iumenta, manibus mutilantur. Si miles arma furetur, gradu militiæ pellitur, *eod. l. 40.* Sic Modeſtinus, *l. deſertorem 3. §. qui aliena arma, de re milit. libr. 49. P. tit. 16.* *Qui aliena arma ſurripuit, gradu militiæ pellendus eſt.*

## De aliis Circumſtantiis perpendendis in furti iudicio. Cap. 14.

*1 Furti grauior pœna, ratione circumſtantiarum variarum, vis homicidii, &c.*
*2 Effractorum latronum grauior pœna. Et 3.*
*4 Directarii fures qui, & pœna. 5. & 6.*
*7 Saccularii fures qui, & pœna.*
*8 Crumena vnde dicta, & crumeniſeca qui.*
*9 Vinum ferentes, & aquam ei miſcentes, qua pœna puniendi.*
*10 Nocte furari, & cedere ligna grauius delictum, quam interdiu.*

ALiæ † ſunt periſtaſes, quæ ſicuti in aliis criminibus, in hoc 1
quoque veniunt: vt, ſi cum vi fiat furtũ, ſi fiat homicidium. Tuncque agendum de maiori quoque pœna, vt vi bonorum raptorum, *§. 1. & 2. vi bon. rapt. l. 2. §. dol. mali, eod.* lege Iulia de vi publica. Si quis cum fractione res alterius inuadat & ſurripiat, & pœna grauior. ¶ Vt † Marcus Imperator equitem Roma- 2
num, qui effracto pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit prouincia Africa, vnde erat, & vrbe, & Italia. Poteſtque pœna effractorum, cauſſa cognita prout admiſſum ſuggeret, in plebeio ad opus vſq; publicum extendi: in honeſtiori, vſque ad relegationem, *Vlp. in l. 1. de effracto. lib. 47. P. tit. 18.* Creſcit tamen pœna, ſi effractores nocturni ſunt, qui fuſtibus cæſi damnantur in metallum: diurni autem, in opus perpetuum, vel temporarium, *Paul. l. fi. eod. Scæuo. in l. quæro 48. de bon. liber. lib. 38. P. tit. 1.* ¶ Lege † Salica, *in l. Sal. tit. 18. de eo, qui vill. alien. aſſa.* 3
*§. 1. 2. 3. Adſaliens vel inuadens villã alienã, 1200. denariis, qui faciunt ſolid. 30. culpabilis iudicatur. Et ſi ibidem oſtia fregerit, canes occiderit, vel vulnerauerit hominem, vel carro aliquid abſtulerit, 8000. denar. qui faciunt ſolid. 30. culpabilis iudicatur cum reſtitutione acceptorum.* ¶ Directarii † fures, qui in alienas ſe dirigunt domos fu- 4
randi cauſſa tanquam εἰχοβάται, de quibus tractat Cælius Rhodiginus & Crinitus, *lib. 22. c. 17. Crinit. lib. 17. ca. 8.* eadem pœna, qua effractores puniri debent, vt voluit Vlpianus, *l. 1. §. 1. de effract. in P. l. ſacularii 7. de extraord. crim. lib. 47. P. tit. 11.* Directarios hos puto fures, qui velut aliquid negotii habentes in cœnaculis aliorum, repunt in ea & ſe occultant, vt ſi non detegantur, libere auferant. Solent autem ita operari, dum vel ſe alicuius familiaris, vel domeſtici ingreſſi antea ſeruos, famulos, vel cognitos dicũt, vt faciunt muſcæ aulicæ, paraſiti, qui impudenter omnibus ſeſe menſis & hominum ſocietatibus admiſcent, captantes occaſionem interim furandi ſi poſſint, vel aliquem decipiendi. Tegunt dolum directarii, vt plerunque, etiam medici nomine, quo cum ad fores eleemoſynas petunt, nec facile furandi cauſſa ibi adeſſe pius putat, interim obſeruãt latebras domus, in quas ſe dirigunt, vt pro eleemoſyna dominos interpellaturi: dum autem & ſurdam domum, nec quenquam animaduertentem nouerint, ſubtrahunt quæ ſeſe incuſtodita eis offerunt. Quod genus hominum Lutetiæ, & in ciuitatibus populo abundantibus, frequens eſt. Et frequentius, vt opinor, apud Romanos: Nam monet nos Pomponius *in l. ſi ita teſtamento 15. §. fi. de fundo inſtruct. lib. 33. P. tit. 17.* villam & agros cuſtodiam deſiderare, ne quid inde ſubtrahatur rerum, vel fructuum: & ideo mulierem villæ perpetuam cuſtodem, vt inſtrumentum eius neceſſarium. Meminit de huius mulieris cuſtodis officio & Vlpianus, *in l. quæſitum 12. §. Trebatius, eod.* Erant & Nauphylaces, cuſtodiæ cauſſa nauibus præpoſiti, *Vlp. in l. 1. §. & ſunt quidam, nau. caup. ſtab. P.*

¶ Confundunt † aliqui diætarios cum directariis. Ceterum 5
poſſunt maxime qui ſub ſpecie famulitii aliquos ſequuntur, vt dominos accumbentes menſæ, diætarii dici: quia δίαιτα cœna-

culum eſt, & *διαιτητικοὶ* ſeu diætarii, miniſtri diætæ: ſiue cum Var-
rone etiam, diætam dictam latine putes, quod in ea per diem e-
deretur.

6 ¶ Directarius † quoque mihi videtur fur ille, quem ſcri-
bit Martianus, *in l. hac lege 11. §. 1. ad leg. Iulia. peculat. libr. 48. P.
tit. 13.* inuentũ in arcula, in templo depoſita incluſum, qui poſt
clauſum oſtium de arca exibat, & de templo multa ſubtrahens,
in arculam ſe referebat: deprehenſum autem eum qui capſam
depoſuiſſet & conuictum, Verum & Antoninum Cæſares in in-
ſulam deportaſſe.

7 ¶ Directariis furibus ſimiles in pœna ſunt ſaccularii, *d. leg.
prima, de effractor. & l. ſaccularii, de extraordin. crimin.* dicti hoc
nomine ab Vlpiano, *dict. leg. ſaccularii, quod vetitas artes exercen-
tes in ſacculos, partem ſubducunt, partem ſubtrahunt.* Sic enim ego
diſtinguo, *vetitas arces exercentes in ſacculos*, id eſt, ſuper, contra
ſacculos, *partem*, ſcilicet, ſacculorum, *ſubducunt, partem ſubtra-
hunt*: Non autem, vt vulgo interpungitur, lego, *vetitas artes exer-
centes, in ſacculos partem ſubducunt, &c.* Nunquam alibi de ſaccu-
lariis dicit ſe legiſſe Budæus, *in annota. poſter. ad PP. in l. ſaccula-
rii*, ſed de calculariis, quos ſimiles dicit Ariſtoteles dialecticis.
Verum non ſatisfacit, nec quod explicat Accurſius, *in d. l. ſaccu-
larii.* Proinde arbitror ſaccularios fures eſſe, qui ſacculos, id eſt,
crumenas vel caute ſubducunt, id eſt, auferunt inopinantibus, vt
ex Plauto conſtat, *in Curculione.*

*Propino*, inquit, *magnum poculum, ille bibit,*
*Caput ponit, cum dormiſcit: ego ei ſubduco annulum.*

Et Virgilius, *Eclog. 3.*

*Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.*

Et ſacculis pro crumenis vti homines nemo ambigit, vt apud
Horatium *1. Ser. Satyr. 1.*

*Coniectis vndique ſaccis*
*Indormis inhians.*

8 ¶ Crumenas quippe, nempe *βαλάντια*, ſuſpenſio ſacculorum
facit: nam *κρεμάω*, vnde crumena ſuſpendo eſt. Sæpius enim ge-
runtur ſuſpenſæ viris crumenæ, quas exſcindunt fures iſti ſaccu-
larii, vel e peris ſubripiunt. Vocat Ariſtophanes hos *βαλαντικλό-
μους*, hoſque inferorum accolas conſtituit. Sic enim Æacus apud
eum Xanthiam alloquitur, *Ariſtopha. in nebulis*, de deſcenſu
Euripidis ad inferos,

ὅτε δὴ κατῆλθεν Εὐριπίδης ἐπεδείκνυτο
τοῖς λωποδύταις καὶ τοῖς βαλαντικλόμοις,
καὶ τοῖσι πατραλοίαισι καὶ τειχωρύχοις
ὅπερ ἐσ' ἐν ᾅδου πλῆθος,

Id eſt:

*Quando autem deſcendit Euripides, oſtendebatur*
*Spoliatoribus, crumenarum inciſoribus,*
*Et parricidis, & muri foſſoribus,*
*Quæ eſt in inferno multitudo.*

9 ¶ Conſideratur † & in furto fides, quam habemus illis, qui-
bus res committimus, & a quibus tamen decipimur: vt in do-
meſticis furibus obſeruatur. Proinde & nautæ, vectores, & au-
rigæ, qui mediante mercede vina tranſportant: ſi ſub dio, aut in
ſuis domiciliis, aut in diuerſoriis, ex vaſis auferant inſciis domi-
nis, & rurſum aqua iniecta repleant, infamia delicti ęreque mul-
ctari, & corpore caſtigari ſtatuit Carolus Quintus Maximilia-
nus in comitiis habitis Auguſtæ Vindeliciorum, anno domini
1548. articulo decimoſexto, politiæ. Placuit & ſenatui Pariſien-
ſi, *Pap. lib. 23. rapſod. areſt. tit. 9. art.* 1. 10. Februarii 1550. huius
criminis actos reos mulcta infamiæ publice notari, id eſt, emen-
da, vt dicimus honoraria, virgiſque cædi, & inſuper mulcta in
fiſcum regis coerceri: cum comminatione, vt ſi poſtea in idem
crimen incidiſſent, laqueo ſuſpenderentur. Videntur hi præter
furtum admiſſum flagellare hoc modo, & deteriorem reddere
annonam, & emtores vini decipere, dum ſubtracto vino aquam
miſcent.

10 ¶ Vnde † & lege Iulia de annona puniri debent, de qua an-
tea diximus. Alia obſeruãda periſtaſis temporis eſt noctis. Quia,
vt diximus, grauius noctu, quam interdiu furari: dubium enim
eſt, num cædis potius, quam furti cauſſa inueniantur imminere
ædibus & dominis. Quare & illos occidendi data eſt poteſtas le-
ge duodecim tabul. vt docuimus in Cornelia de ſicariis lege.
Grauius tempore nundinarum, in quibus omnis ſecuritas mer-
catorum exigitur, & palam res venales ſunt. Grauius quoque
Carolus Quintus, *Conſtitu. de cauſſis capitalib. art. 168.* punit eos,
qui ligna ſecuerint in alterius ſylua, diebus feſtiuis aut noctu,
quam alio tempore. Duplex enim ſcelus, & feſtos dies violare
onere ſeruili, & male agere.

## De Receptoribus latronum. Cap. 15.

Lib. 47. P. tit. 16. Lib. C. tit. 32. & 39.

1 *Receptores furtorum, vt latrones puniuntur.*
2 *Receptatores perſonarum furum, an puniantur vt fures.*
3 *Latronibus perfugium dantes quomodo puniendi.*
4 *Latronem recipiens ſcienter vt puniatur.*

PEſſimum, † inquit Martianus, *l. 1. de recept. P. Vlpian. in l. con-* 1
*gruit 31. de offic. præſ. P.* genus receptatorum, *ſine quibus diu ne-
mo latere poteſt: ideo præcipitur, vt perinde puniantur atque latro-
nes.* Quod & Cæſares probarunt, *l. 1. de iis qui latro. & aliis crim.
reos occulta. libr. 9. C. tit. 32.* & alii Iuriſconſulti, *Vlpian. in le. 3. §.
non tantum, de incend. ruin. & nauf. lib. 47. P. tit. 9.* ſi ſciant ſci-
licet delictum. Sic enim Honorius & Theodoſius CC. expri-
munt. *l. crimen 9. ad leg. Iul. de pub. C. Crimen*, inquiunt, *non diſſi-
mile eſt rapere, & ei qui rapuit, raptam rem, ſcientem delictum ſer-
uare.* Tunc enim participes ſceleris ſunt, & eadem pœna digni,
*l. ſi quenquam, in fine 29. de epiſc. & cler. C. cum ſimil. ibi nota. in gl.
fin.* quia & fures. Qui nouit furem, nec indicat, fur quidem non
cenſetur, ſed qui celat, *l. qui vas 49. §. qui furem, de furt. P.* Et id-
eo qui res furtiuas ſcienter a fure cuſtodiendas ſuſcipiunt, furti
pœnali actione & de ſuſceptis tenentur, *l. eos qui a ſeruo 14. de fur.
C. §. ſed hæ actiones, de ob. quæ ex del. naſc.* In dubio tamen, ſi res
furata reperiatur apud tertium ſeu apud alium, quam furem, ſi
is eſt perſona malæ famæ, præſumitur fur, *Ang. in tract. maleſic. in
ver. & veſtem cœleſtem num. 19.* Ex hoc tamen non oritur indi-
cium ſufficiens ad condemnationem, ſed bene ad torturam: po-
tiſſimum, ſi apud eum res abſconſa inueniatur, *Barto. ad l. fin. de
quæſt. Alb. de Roſa. in l. inciuilem, C. de furt. tractat Iul. Clarus,
lib. 5. ſenten. §. fin. q. 21. verſ. ſi res furata.* Nam nec iuſta eſt ſuſpi-
cionis furti excuſatio, dicere emtam rem fuiſſe a fure, niſi illum
indicet, *l. 2. & l. ciuile, C. de furt.* Nam tunc præſumitur furatus
eſſe, & tenetur domino reſtituere, nullo reſtituto pretio: non
obſtante contraria quacunque conſuetudine, *d. deciſ. 151. c. Tho-
lo. & ibi Aufrer. Bald. l. fin. de hered. inſtit. P.* Non enim licet e-
mere rem furtiuam ſcienter, *l. 2. de fur.* non pignori capere, *leg. ſi
ſeruus cuiuſdam, de condict. indeb. P. l. eos, C. de fur.* Et ſine dubio
receptatorem furtiuarum ſcienter rerum, eadem pœna qua fur,
puniendum arbitror: ita enim ſocius conuincitur. ¶ At † in ce- 2
lantibus tantum perſonas furum, ſubſiſto: puniendos namque
opinor, ſed mitius. Nam poteſt quædam eſſe miſericordia (etſi
intempeſtiua, quæve pœnam meretur, *leg. ſi hominem. depoſ. P.*
propter quam iudicibus indicare furem noluit: forſan ſperans
eum in meliorem frugem mutandum. Et intereſt hominis, ho-
minem affici beneficio, *l. ſeruus ea lege, de ſer. export. P.* propter
illam naturalem inter homines coniunctionem, qua nefas ho-
minem homini inſidiari, *leg. vt vim. de iuſti. & iure.* Et ita qui ea
affectione ob conſanguinitatem, vel affinitatem, latrones vel
reos criminum occultant, non ſunt in pari crimine, ac ii, qui oc-
cultant nihil ad ſe pertinentes: neque tamen omnino abſoluen-
di, neque etiam ſeuere puniendi *l. ſi. de recep. P.*

¶ Sicuti † qui pecunia accepta, cum poſſent apprehendere 3
latrones, perfugere ſinunt: quia non miſericordia humanita-
tis, ſed ſordes id perſuaſerunt, puniendi grauius ſunt, *ca. qui
cum fure, capit. 4. de furt. apud Gregorium, & ibi vide gloſſ. & leg.
prima. §. fin. de recep. in P. leg. ſecunda, de iis qui latrocin. occul. C.*
Illis enim pietas excuſationem, non immunitatem omnino dat:
iſtis lucri auaritia pœnam auget. Carolus Magnus, *in conſtitutio.
capitula. in iis quas addidit ad legem Langobard. capit. 7. & in leg.
Langobard. libro primo, titul. de furt. & ſeruo corrupto*, eos, qui
cum poſſent apprehendere, latronibus ſtudioſe perfugiũ dant,
conuictos ſtatuit ad damnum, & res, pro quibus fures & latro-
nes tenebantur, condemnari. Abigeorum receptatoribus exſi-
lium decem annorum extra terram Italicam Calliſtratus re-
fert irrogatum, *Calliſtratus. leg. final. §. fin. de abigeis in Pandect.*
Lex Langobardorum Caroli Magni eſt, *lib. 1. leg. Langobard. de
latrone forbãnito, tit. de fur. Si latronem forbannitum liber homo ſuſ-*

*cepit*

*cepit, 15. ſolidos componat: ſi ſeruus fuerit, 125. ictuum percuſſionibus vapulet.* Alia Langobardorum lex. *l. ſi portonarius furem, & l. ſeq. de fur. & ſer. fugacibus, lib. 1. leg. Langob. Si portonarius*, id eſt, qui traiicit flumina, *furem hominem ſciens tranſpoſuerit, cum aliqua re furtiua, collega furis ſit, & cum eo furtum componat: excepto quod ſit culpabilis in palatio regis ſolid. 20. Quod ſi liberum hominem fugacem traiecerit, animæ ſuæ incurrat periculum, quod non retinuerit, vel retineri non procurauerit, nec indicauerit.* ¶ Gratianus, † Valentinianus & Theodoſius, ſupplicium corporale vel diſpendium facultatum, ſtatuunt in recipientem ſcienter, nec offerentem iudici lationem. Et ſi actor vel procurator domino ignorante vel occultauerint, vel non obtulerint iudici, iubẽt flammis concremati, *leg. 2. de iis qui latro. vel aliis criminibus reos occulta. libr. 9. C. Theod. tit. 29.*

# DE INIVRIIS ET CONTV-MELIIS. LIBER *XXXVIII.*

## Quid Iniuria ſeu Contumelia, & an ſit vindicanda. Cap. 1.

Lib. 4. Inſtit. tit. 4. Lib. 47. P. tit. 10. Lib. 9. C. tit. 35. Lib 5. Decret. tit. 36. Lib. 5. Sex. tit. 8.

1 *Iniuriarum cum furto affinitas. Et 19.*
2 *Iniuriæ æquo animo perferendæ.*
3 *Iniuria quid, & vnde nomen, item contumelia quid.*
4 *Contumeliæ, & iniuriæ differentia.*
*Et vt vindicatæ. num. 5.*
6 *Iniuriantis ſerui vel liberi pœna extraordinaria.*
7 *Iniuriarum legis Cornelii Syllæ capita.*
8 *Iniuriarum æſtimatio fit a tempore, quo illatæ ſunt, non iudicii, & pro iis ciuiliter & criminaliter agitur.*
*Earum æſtimatio quomodo fiat. num. 9.*
10 *Pœna pecuniaria criminum in corporalem conuertitur ob inopiam debitoris.*
11 *Fama & boni nominis cura habenda, cur, & de eius præſtantia. 12.*
13 *Iniuria habet obligationem nec pœnitentia aboletur ſola.*
14 *Iniuriam non propulſare, iniuſtitiæ genus: & vindicanda a iudice.*
15 *Iniuriam remittens, non cenſetur remiſiſſe damna ſeu ſatisfactionem.*
16 *Heres non vindicans necem defuncti priuatur ſucceſſione.*
17 *Iniurianti odium tenemur remittere, ſed non iniuriæ ſatisfactionem. Et 20.*
18 *Vindicta iniuriæ legitima, habita laudabilis.*
21 *Iniuriæ non punitæ creſcunt & fiunt atrociores.*
22 *Hominem homini cuiuſcunque gradus inſidiari natura nefas.*
23 *Iniuriæ ſeruorum quoque & viliorum audiendæ & vindicandæ, & quare. 24.*
24 *Iniuriarum iudicium priuatum, nõ publicum. Contra, Athenis, 26. & cap. 3. num. 15.*
25 *Iniuriarum appetitores ad compendium caſtigandi.*

1 ADmonet † tractatio abſoluta furtorum, vt ſubiungamus de iniuriis tractationem: quia & Iacobus Aretinus & Bartolus *in l. licitatio, §. quod illicite, nu. 2. per §. illum, de publica. in P.* dicunt furtum iniu-
2 riam eſſe. ¶ Panætius, † lib. 2. de officiis, quem refert Gellius, *lib. 13. c. 26.* vitam hanc hominum qui prodeſſe ſibi ſuiſque volunt & vſui eſſe, expoſitam iniuriis & contumeliis declarauit: verum vti Pancratiaſtæ ad certandum vocati, proiectis alte brachiis conſiſtunt, caputque & os ſuum manibus oppoſitis, quaſi vallo præmuniunt, membraque omnia priuſquam pugna mota eſt: ita animus atque mens viri prudẽtis, aduerſus vim & petulantiam iniuriarum, omni in loco, atque omni tempore proſpiciens, debet eſſe erecta, ardua, ſolida, expedita, nunquam conueniens nuſquam aciem ſuam flectens. Dicebat & Græcus quidam *lib. collectionum ſentent. Græcorum, veterum Comicorum, capit. 4.*

ἥδιον οὐδὲν οὐδὲ μουσικώτερον,
ἔσθ' ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν.
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἐὰν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖθ' ὁ λοιδορῶν.

Id eſt:

*Suauius nihil, nec muſis aptius*
*Eſt, quam ferre poſſe conuitiantem.*
*Qui enim conuitiis petit, ſi petitus*
*Diſſimulauerit, conuitia patitur conuitia inferens.*

Et certe prudentes viri norunt, & qui iniurias inferri aliis Chriſtiane ægre ferunt, id potius extra patientis cauſſam eſſe, & veluti vi externa contingere. *Qua enim cura aut diligẽtia*, ait Iulianus Iuriſconſultus, *in l. ad eos 19. commo. in P. conſequi poſſumus, ne aliquis nobis damnum iniuria det?* ¶ Iniuria † dicitur generaliter id 3
omne, quod fit non iure iniuria ſine iure, *l. 1. de iniur. §. 1. eod. tit. apud Iuſtin.* Patetque hoc genus latius, quam inſtituta tractatio, in qua iniuriæ ſpecies examinanda, nempe contumelia quæ iniuria dicitur, dicta ea contumelia ex ſententia Vlpiani, a contemnendo, *leg. 9. §. contumelia, eod.* Seneca. *libr. 2. ad Serenum, quo mod. in ſapien. non cadit iniuria.* cum tractat in virum ſapientem non cadere iniuriam, tradit iniuriam hoc habere propoſitum, aliquem malo afficere: & omnem iniuriam eſſe diminutionem eius in quem incurrit. *Nemo enim*, inquit, *iniuriam poteſt accipere ſine aliquo detrimento, vel dignitatis, vel corporis, vel rerum extra nos poſitarum d. l. 1. § omnem quidem, de iniur.* Hæc certe iniuria inſolens & petulans, recte ὕβρις Græcis eſt. Dixere & Græci αἰκίαν, contumeliam verborum, & atrocem iniuriã: vt apud Demoſthenem, ὁπότερος ἡμῶν ἦρξε χειρῶν ἀδίκων, τοῦτο γὰρ ἐστὶ ἡ αἰκία, id eſt, vter noſtrum prior alteri manus intulerit, hoc enim eſt æcia, id eſt crimen atrocis iniuriæ. Eratque prodita actio τῆς αἰκίας
ſeu χειρῶν ἀδίκων eius atrocis iniuriæ. 4

¶ Ceterum † contumeliam in contemtu ſolo, & nauſeantis ſolius eſſe animi putat Seneca, *in proxime citato lib.* & minorem iniuriam quamque leges nulla dignam vindicta putarint. Cuius affectum moueat humilitas animi contrahentis ſe, ob factum dictumque inhonorificum, vt ille me hodie non admiſit, cum alios admitteret, ſermonẽ meum ſuperbe auerſatus eſt, aut palam riſit, & non in medio loco, ſed in imo collocauit, & ſic de aliis huiuſmodi notæ: in quæ fere delicati & felices incidunt. Et vt ait Hegio Terentianus *in Adelphis, actu 4. Sce. 3.*

*Omnes quib. res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo*
*Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis.*
*Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi.*

¶ Ab † initio lege 12. tabu. lex ſatis indulgens fuit, & mollis in 5
contumeliam inferentes: *Si iniuriam*, inquit *Gellius lib. 20. c. 1. alteri facit. viginti quinque æris pœnæ ſunto.* Non probauit hanc legem Q. Labeo: ſed nec ætas poſtea ſecuta, quando L. Neratius, homo egregie improbus, atque immani vecordia, pro delectamento habuit, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare, quem ſeruus ſequebatur crumenam aſſium plenam porritans, cui iubebat ſtatim ſecũdum duodecim tabulas numerare quinque & viginti aſſes ei, quem depalmauerat. Et propterea prætores hanc aboleſcere legem & relinqui cenſuerunt, iniuriiſque
æſtimandis, ſe recuperatores daturos edixerunt. ¶ † Proinde 6
Hermogenianus, *l. fin. 45. de iniu. in P.* de iniuria nunc extra ordinem, ex cauſſa & ex perſona ſtatui ſolere tradit, vt ſerui flagellis cæſi dominis reſtituantur: liberi vero humilioris quidem loci, fuſtibus ſubiiciantur: ceteri autem vel exſilio temporali, vel interdictione, rei coerceantur. Vſu forenſi gallico receptũ eſt, & mulcta duplex honoraria, & numeraria irrogetur iniuriantibus. ¶ Fuit † & auctor legis aliæ iniuriarum Cornelius Sylla, de 7
qua meminit Venuleius, *l. hos accuſare 12. §. fin. de accuſa. P.* mitiorem eam quam ſerui mereantur. Explicat autem Vlpianus tria capita habuiſſe, *l. lex Cornelia, 5. de iniuriis, in P.* ſi quis pulſatus, ſi verberatus, ſi cuius domus vi introita ſit. Idipſum firmat
Iuſtinianus, *§. ſed & lex Cornelia, eo. tit.* ¶ Qui † & Martianus, §. 8
*pœna, eod. apud Iuſtinia.* notat ex lege Cornelia actionem iniuriarum ciuiliter moueri poſſe, condemnatione æſtimatione iudicis facienda, ſcilicet habita ratione temporis, quo facta, non